Questiones Themistij oēs vna solutione dissolui possunt. s. exposita lra illa: pōt autez lra Aristo. tripl'r legi: vno mō quo eā legit Themistius: et sic q̄ōnes reputo difficilis solutionis imo īpossibilis: vt videnti expositionē eius cōstat. ¶ Scdo mō pōt exponi: vt expositores latini conant exponere: et sic quodā mō oēs q̄ōnes abscindunt: dicunt ergo Aristo. pbare quatuor rōnibus aīam nō moueri: et loquit de rationali: qm̄ vt Arist. dicebat nūc quidē enim dicētes et querentes de aīa de humana vident solum intendere: vbi Platonem innuit: fm Expositores: dicebat autē Plato aīam esse numerū seipsuз mouentē. ideo Aristo. ostēdit rationalem aīam nō moueri: quatuor rōnibus: et q̄ hec sit Aristo. intentio Aristo ostendit in sua recapitulatione: ait enim q̄ quidē igitur nō possibile moueri aīam manifestū est ex his: si autem penitus nō moueat manifestuз: qm̄ neqз a seipsa: ecce quō innuit se pbasse aīam non moueri: dico ergo q̄ Arist. illo tex. (intellectus aūt videt) apponit quartaз rōnem: et fm latinos sic cōponit: subiectū motuū scilз memorie et reliquoꝝ aīe operuз debilitat vel natuз est debilitari ppter illa opera. Sз intellectus nō debilitat: nec natus est debilitari: cuз nō sit natus corrumpi: sed organa ipsa debilitantur vel nata sunt debilitari. ergo intellectus nō est subiectū hoꝝ: sed organa cōiuncta intellectui: huius syllogismi minor duas hз ptes: vt vides: pmā apponit Aristo. d. intellectus aūt videt substātia quedā existens. idest stabilis: et nō debilitabilis et nō corruptibilis hec est pma pas minoris: pbat autē hanc minoreз hypotetice per locū ab opposito ↄsequētis hoc modo sup. si intellectus corrumperet maxime corrumperetur ab eo: que est in senio debilitate: hui' hipotetice tacuit antecedēs et expressit cōsequēs: destruit aūt cōsequēs: sed sup. intellectus in senio nō debilitat: imo perficit magis: ostendit aūt quō debilitat aliqual'r. d. nunc autē fortassis quemadmoduз in sensitiuis accidit. s. ipsas potentias debilitari ppter lapsuз organoꝝ: nō ppter potentias in se: sic et intellectus: q̄ aūt id sensitiuis accidat ostēdit. d. Si eni accipiat senior oculuз iuuenis videbit vtiqз sicut et iuuenis: et ex hoc vult habere defectū visus esse ex defectu organi: et hoc cōcludit dicēs quare seniū nō est in sustinendo aliqd animā: sed est in quo. idest organū: qd ↄfirmat per simile in ebrietatibus et infirmitatibus: et pз oppositū ↄsequētis ex quo oppositū cōclude aīitis: et est ppositū. Post in textu sequenti ibi (intelligere aūt et cōsiderare) ostēdit scdam parteз minoris. s. ex debilitate organi esse lapsum intellectiue operationis: et sermo eius pз. Ex hac explanatione soluunt. q. prime tres Themistij: pз enim pmo quō ad ppositū cōtinuat textus cum habeat cōtinuationē ad precedentē: pñt est quarta ratio contra Plato. ¶ Patet scdo quō rōnaliter interseruit de intellectus imortalitate: pñt ex eo relinquit ipsum non esse subiectū motus fuit eniз id pma ps minoris: vt vidisti. ¶ Tertia vō qd facile dissoluit: qm̄ ibi Aristo. nō loco a minori pbat intellectuз nō corrumpi: sed signo sic vз sensus nō debilitat: ergo nec intellectus: et hoc mō non habet ex lra Aristo. sensuз esse perpetuū. Sed arguis ego pbabo sensuз esse perpetuū: qm̄. si non maxime debilitat in senio: sed non per Aristo. debilitat: vt pз: sed organū. ergo sensus fm se perpetuus est. Dōm q̄ adhuc differētia est inter intellectū et sensum: pmo qr et si sensus nō debilitet fm se: est tñ rōne organi per se debilitabilis: intellectus aūt nec per se nec rōne organi debilitari pōt: lз operatio sua nō videt perfecta: in se tamen debilitabilis nō est: nec per se: nec rōne organi. ¶ Scdo qm̄ sensus est solubilis rōne organi: intellectus aūt non: vt cōstat. ergo debilitas sensus est altera: et per ↄsequens nō sequitur sensuз perpetuuз esse: opз eniз addere non debilitat in senio per se nec per accidens: fm ppriam essentiā. ergo eternus: cuius minor vera est de intellectu: que autē falsa est in sensu. ¶ Et per hoc idem absolui pōt et vltima questio: quā Expositores dederunt: et si sensus nō debilitet ab obiectis moralibus est tamen debilitabilis: qd nō est verū de intellectu: nec enim est debilitabilis: nec debilitatus intellectus ab obiecto quātūcūqз excellenti. ¶ Potest et textus alio modo exponi: vt Auerrois videt innuere in cōmento illius partis: q̄ cū Aristo. pposuisset ostēdere ad Platonē aīam rōnalē nō moueri: et ostēdisset eaз nō moueri motu alterationis: nec motu augumētationis: nec motu locali: opus erat ostendere eam nō moueri motu generationis et corruptionis: et hoc est ostēdere eam nō esse generabilē et corruptibilē. ostendit ergo eā nō esse generabilē neqз corruptibileз: et tunc due pme q̄ōnes absolute sunt ex ↄtinuatione cōmenti. ¶ Tertia vō remouet ex intentione partis. Aristo. ergo intendit pbare intellectum esse inorganicū: et inde habere vult ipsuз esse separatum a mā: idem eniз inorganicū et a mā separatū in cognoscitiuis potentijs: vt pз in pgressu cōmēti. ¶ Organicam aūt virtutē esse pōt dupl'r pbari: pmo qm̄ debilitat in senectute ex organi debilitate: vt fit in oculo seni: scdo quando nō debilitat: sed debilitabilis est rōne organi. Primum fit semp in sensu exteriori. Scdm in sensu interiori: corrumpitur enim sepe imaginatio ex forti imaginatione: tūc potest syllogismus cōponi sic: ois virtus corruptibilis et organica est debilitabilis vel debilitat in senectute: sed intellectus nec debilitat: nec est debilitabilis ergo intellectus nec organicus: nec corruptibilis: et sic remouet tertia q̄stio Themistij et vltima: et series textus pз et necessitas ptis. ¶ Veruз Auerrois in fine cōmenti. 66. dicere videt id esse signū pbabile: et nō demonstratiuuз: et sic iterum q̄ōnes ille tertia. s. vltima remouebunt. ¶ Post hoc facile reliqu quatuor questiones soluunt: pma quidē. qm̄ intellectus et sensus hoc discrepāt: vt Simplicius ait in scdo de anima: qm̄ sensus organo vtitur partiali: vt oculo aure et sic de alijs: intellectus autē toto corpore vtitur: vt organo: quemadmodum nauta vtitur naui tota: vt organo: manus vō themone tātū et c. ¶ Et ex hoc patet quid sit organum intellectus fm peripateticos. ¶ Scda vō soluitur: qm̄ vt Aristo. ait in scdo de anima: et ppter hoc in corpore huiusmodi: et non sicut priores in corpus aptabant ipsaз: nihil definientes in quo et quali: et vere cum non videatur accipere quodlibet contingens. ¶ Et ex hoc scda questio persoluitur: hec eniз anima. ideo vtitur toto corpore pro organo: et non anima brutalis: quoniam hec est huius nature: vt sibi limitet tale corpus: et nō aliud: et hoc non potest reduci ad causaз alias

nisi ad animarū naturas: ⁊ proprietates: vt cōstat Aristote-
lem fecisse. ¶ Tertiam .q. absoluere possumus dupl'r vno
modo s'm positionē Themistij: quā expressit capite .23. il-
lius primi: vt dicamus scilz hominem nō intellectu distin
gui ab animali bruto: tanq̄ per differentiaz sumptā a par-
te: sed per animationez ꝓpriam: quę ab intellectu pendet:
quemadmodū illuminatio a luce: ⁊ hanc animationē Auer
rois cognitiuam credit esse: de quo alś. ¶ Uel dicamus
s'm veritatem nostre fidei rationalē animā dare specificū
esse corpori: ⁊ nō tn̄ corpori accōmodari: vt motor ⁊ vtēs
verum vt forma: ⁊ perfectio: vt suo loco declarabit̄. ¶ Et
quādo sic scd'o modo dicet̄ patet differentiā esse ab anima
rationali: ⁊ non a sensitiua: eo quia anima rationalis ꝓpria
est hominis forma: non sic sensitiua. ¶ Id v'o quod ocdit
Themistius in quarta q̄ōne absoluendum est: vt ipse dicit
magis scilicet dignam esse intellectiuam partē ipsa compo
sitiua ⁊ diuisiua: ꝓpter rationes ad oppositum: quas indu-
cit. ¶ Potest aūt ⁊ addi tertia: quā Auerrois addit in ter-
tio cōmentis ꝓprijs: q'r intellectio simpliciuz propria est
substātiaꝝ separataꝝ a materia: compositā habentiū ma-
teriā: vt constat. ¶ Qd' v'o in oppositum dicebat̄ non est
ad ꝓpositum: q'r non refertur ad idem: cognoscere enim
signa ꝓpriū est exteriori sensui: sed componere ꝓpriuz
est interiori: ⁊ ideo nobilius erit per accidens: sed si essent
eiusdem partis cognoscere: ⁊ intueri: esset forte pręstabili⁹
componere: ⁊ ipso artificiali ordinari. ¶ Ultima v'o quę-
stio absoluta est ex his. Quomodo quidem igitur non con
cludant Themistij rationes ad Aristotelem ex his mani-
festum vtiq3 fiet.

¶ *Caput 13ᵐ in quo completur declaratio erroris opinio-
nis Alexandri.*

AUerrois in de anima tertio digressio-
ne magna: cōtradicit Alexā-
dro: ⁊ videt̄ mihi q̄ p̄ma eius ratio debet cō-
poni per impossibile hoc modo. Si minor de
monstrationis Aristo. exponatur de prępara-
tione: vt Alexander opinatur: tunc pręparatio non tn̄ itel-
lectus: imo cuiuscunq3 formę materialis: esset nec corpus:
nec virtus in corpore: ⁊ tunc demonstratio nō esset ꝓpria
ipsi intellectui tn̄: ⁊ si esset ꝓpria intellectui: cur ⁊ quibus
verbis demonstrationez pręparationi intellectiuę appro-
priauit. ¶ Scd'o obijcit Auerrois in hunc modū erat syl-
logismus Aristo. Omne recipiens debet esse denudatuz a
natura recepti. Sed itellectus est recipiēs omnes formas
materiales: ergo ⁊ reliqua. ¶ Minor itaq3 habet hoc prę
dicatum recipiens: tunc quęrit pro quo supponit subiectuz
illius minoris: vel pro pręparatione: vel pro ipso subiecto:
idest intellectu pręparato; non pro pręparatione: q'r esset
sensus: pręparatio est recipiēs omnes formas materiales:
hic v'o sensus falsus est: q'r recipiens in aduentu recepti
manet: pręparatio autem: idest p̄uatio non manet: ergo illa
priuatio non recipit. Uerificabitur ergo minoris prędica-
tum de subiecto ipsius pręparationis: qui itellectus est in
se: ⁊ sic habetur ꝓpositum: hę ergo duę sunt rationes: qui-
bus Alexandro ꝯtradicit Auerrois quantum ad illam solu
tionem. ¶ Postmodū obijcit cōtra scd'am ꝓpositionem:
quā ei imposuit: scilz q̄ intellectus est factus ab elemento
ruz potestatibus: ⁊ induxit enthimema in hunc modū. In-
tellectus est factus ab elemētis sine motore extrīseco. ergo
intellecta in actu sunt facta ab elemētis sine motore extrin
seco. ¶ Inquit enim sic: ⁊ ista opinio in virtutibus animę
comprehensiuis si est s'm q̄ nos intelleximus est falsa: ⁊
reddit rationez. d. a subā enim elementoꝝ: ⁊ a natura eoꝝ:
nō pōt fieri virtus distinguēs: aut comprehendens: q'r si
esset possibile: vt a natura eorum: ⁊ sine extrinseco motore
fierent tales virtutes: tunc esset possibile: vt postrema per-
fectio: quę est intellecta: scilz in actu esset aliqd' factū a sub-
stantia eorū: vt color: ⁊ sapor fiūt: ⁊ dixit (Si est s'm q̄ nos
intelleximus ⁊c.) Quia vt declaraui in positione illius:
non erat ita stultus Auerrois q̄ hoc crederet esse mentem
Alexādri cū Alexander vidisset Aristo. 2ᵐ physicę auscul
tationis in quo antiquis ꝯtradixit: dicentibus formas fieri
ex necessitate mãę: ideo Auerrois non obijcit Alexandro
nisi hypothetice. l. si sic dixisset. ¶ Potest aūt Auerrois en
thimema p̄mo deduci per locū a maiori sic si anima intel-
lectiua quę est diuinissima substātia: pōt ꝓduci virtute ele
mentoꝝ: ⁊ intellecta in actu: vt intellecta in actu: sunt infe-
rioris gradus ad ipsaz animā: multo facilius possunt ꝓdu-
ci ab elementis: quare si intellectus ab elemētis effluxit de
facto: ⁊ intellecta de facto effluxere. ¶ Aut pōt: ⁊ scd'o mō
deduci: vt in cōmento meo de anima deduxi: qd' tu videas
si placet. ¶ Ultima ratio Auer. ad Alexā. est vt dicit: ⁊ ista
opinio est similis opinioni negantiuz causas agentes: ⁊ nō
concedentiū nisi causas mãles tantū: ⁊ sunt alij qui dicunt
casuz. Et intendit q̄ si esset vt Alex. finxit: tūc formę essent
de necessitate materię: ⁊ nō ab agente extrinseco: ⁊ sic for-
mę essent sine motore: ⁊ vł'r quilibet effectus sine agente:
qd' in 2° physicę auscultationis est improbatuz. ¶ Ex his
relinquit̄ q̄ dicentes rationalē animā incepisse ⁊ dissiperi
ad corporis extinctionez: quemadmodū Alexan. Avempa-
ce Epicurus: ⁊ alij antiqui oīno errauerunt. ¶ Post hęc
Albertus in libro de origine animę: tractatu scd'o: capite 5°
narrata opinione Alexan. ꝯtradicit ei quatuor modis. l. ex
exemplo eius. ¶ Scd'o ex verbis Platonis stoicoꝝ ac pe-
ripateticoꝝ. ¶ Tertio reddit ipsum ꝯtra se. ¶ Quarto ar
guit directe contra positionē eius. Ego aūt ex his quatuor
accipiaz duos: p̄mus ergo modus erit data Alexandri posi-
tionē: tunc ab intellectu agente: qui ꝓpria causa est in tota
natura nulla inducet̄ forma: quę aliquid similitudinis ha-
beat cum ipso in separatione: ⁊ hoc videt̄ absurdū. l. q̄ oīa
p̄ncipia agentia in generatione aliqd similitudinis in gene
rato ꝯsequant̄: ⁊ id p̄ncipiuz qd' oībus prius ac excellētius
est: nihil oīno suę cōsequatur similitudinis. ¶ Scd'o pōt
sic componi ratio ad Alexā. nulla forma corporalis mouet
in suis materijs: ⁊ corporibus: in q̄bus sunt a motu locali
de loco ad locū: declaratū enim est in .8. physi. oīum taliuz
corpoꝝ: quę tales habent formas: motuz esse a generante:
aut remouente prohibens. ¶ Sed oēs formę animalium
mouent motu locali de loco in locum per se in materijs ⁊
corporibus aīaliuz. ergo hę formę nō possunt esse corpora
les. ¶ Et hęc ratio pōt cōfirmari: quęrentes enim ab isto
dicimus: si anima sua nō est nisi forma armonica a quo nā
mouet̄ corpus. Si eniz dicat ęqualitatez illaz cōplexionis
mouere corpus s'm locū: quęramus a quo imoto s'm locuz
ꝓcedit iste motus: cum omnē motū oporteat ab aliquo im
mobili ꝓcedere. ¶ Amplius ęquale in cōplexione potest
moueri ꝓcessiue: ⁊ etiā ęquale mouet. ergo idē erit mouens
⁊ motū ⁊ breuiter iste nō pōt saluare motuz ꝓcessiuū aīa-
lis. Ultimo ad Alex. facit ratio Aristo. quā ad Empe. indu-
xit in 2° de aīa: ostendit enim Empe. non posse saluare mo
tum aggenerationis ⁊ inquit Aristo. adhuc aūt quid est cō-
tinens in contraria quę feruntur ignem ⁊ terram: distrahē
tur enim nisi aliquid sit prohibens. ¶ Si v'o erit hoc est
anima ⁊ causa alimenti ⁊ augumenti. Eodem modo potest
ad Alteruz obijci. Si enim s'm ipsuz anima nihil est aliud
nisi armonica complexio ⁊ elementorum combinatio a
quo fiet augumentum: ⁊ sic oportet vt ⁊ ipse in errorem in-
cidat Empedoclis. ¶ Ex his totus error Alexan. improba
tus est complete: ⁊ nihil remanet ampli⁹ dicere circa hoc:
tu autem considera vlterius.

¶ Caput

¶ Caput 14ᵐ in quo narratur opinio aliorum circa ratio-
nalis animę esse: ⁊ motiua ad id.

Quemadmodum diximus de in-
ceptione aię di-
sceptantes quatuor modis loqui poterant: quo-
rum vnus impossibilis erat: ⁊ tunc relinqueba-
tur disputatio in tribus: ⁊ p̄mus modus quem
Alexander secutus est disputatus est hactenus: in quo tñ q̄
cōplexum nobis palam est animam rationalē nō a corpo-
re incipere: nec in corpus desinere. ¶ Si igit̄ rōnalis aīa:
nec incipit cum corpore: nec in corpus desinet: sed semper
fuit: ⁊ amplius semper erit imortalis: ac substantia semper
existens: simplex ⁊ imixta: nec corruptibilis: nec alterabilis
ſm substantiaꝫ eius: opinio reddetur multorū antiquorū
ac modernorum peripateticorum Auerrois. s. Themistij/
Plotini/ Theophrasti/ Pythagore/ ⁊ alioꝝ: quos suo loco di-
cemus. ¶ Id autem in quo cōcurrunt est rationalem ani-
maꝫ: nec incipere cum corpore: nec incipere ab aliquo cor-
poris: nec desinere in potētiā corporis: nec in corpus ipm̄:
sed esse semper quid imortale diuinū ⁊ impatibile. ¶ Id
aūt in quo discreti ⁊ differentes sunt suo loco accurate dice-
tur: valde eniꝫ discrepant in statu animę post mortem cor-
poris: ac ante corporis vnionem: ⁊ in ipsiuꝫ ingressum: quę
tractabunt̄ in loco de statu ⁊ animę partibus. ¶ Motiua
autē horum sunt multa: ⁊ p̄mū qđ mouit Platonem ⁊ Gre-
goriū nicenū componebat̄ sic: omnis sub̄a icorporea ante-
cedens quātitateꝫ corporis ⁊ qualitatem ſm nām existens
nō quidē in tempore: antecedit etiā corpus ipsum. ¶ Sꝫ
rōnalis anima antecedit corporalē qualitatē ⁊ ꝯtrarietatē
dispositionum ſm nām: quare nō pōt simul esse cum cor-
pore. ¶ Adhuc Gregorius nicenus in libro de hoīe contra
Eunomiū p̄hm arguit. Omne qđ habet corporalē ac tēpo-
ralem creationē: corporale est ⁊ mortale. Si ergo aīa crea-
tioneꝫ hꝫ in corpore mortalis erit. ¶ Rursuꝫ nulla substā-
tia supra naturā debet esse facta a natura: nec simul cuꝫ na-
tura: sed vel ante vel post naturę opus: sed anima rōnalis
est substātia supra nām: imo diuinū qđdam ⁊ optimū. ergo
erit facta: vel ante: vel post naturę opus: ⁊ nō post. ergo añ
naturā. ¶ Pręterea mouit ⁊ Auerroim aliud argumentū:
qđ in de substātia orbis libro colligitur. nulla forma indu-
cta in mā nō mediante dimensione interminata: ⁊ non per
dispositiones qualitatiuas ⁊ q̄ntitatiuas pręcedentes simul
accipit esse cuꝫ toto: sed aīa rōnalis est huiꝰ: quare ꝯcludes
vt prius. ¶ Itē qđ est de perfectione mundi semꝑ est cum
mundo: sed anima rōnalis est de perfectione mundi. ergo
semꝑ est cum mundo: ⁊ per cōsequēs nō simul cum corpo-
re accipit esse: maior patet: q̄ñ ipse mundus perfectus est ⁊
cōstat ex tota sua materia: idest ex omnibus eius partibus
possibilibus ⁊ essentialibus ei: vt Auerrois exponit primo
celi cōmento. 94. ⁊ alibi: minor etiam constat: anima enim
rationalis: plus est de integritate vniuersi q̄ꝫ qđcūqꝫ cor-
porale: vt patet: deinde causa agens vt motor prius est acto
tempore: vt in physica auscultatione accipit̄. ¶ Sed rōna-
lis anima corporis est cā vt agens: vt loco eius dicetur: ⁊ in
scđo de anima dixit Arist. ergo tempore pręcedit corpus.
¶ Iteruꝫ vnitas loci attestat̄ vnitati naturę: vnde ⁊ diuer-
sorū corporū ſm naturā diuersa sunt loca: sed intelligentię
⁊ animę cōueniunt in natura cum sint substātię spirituales
ac intelligibiles: ergo animę sunt create simul cum intelli-
gentijs in celo empireo. ¶ Etiaꝫ quanto substātia simpli-
cior erit tanto in sublimiori loco debet fieri ⁊ conseruari:
ignis enim locus altior est q̄ꝫ aeris vel aquę: sed anima est
multo simplicior substantia q̄ꝫ corpus: ergo locus sue crea-
tionis meret̄ esse supra omne corpus. ¶ Deinde argumē-
tum qđ mouit maxime Plotinum est: vbi est vltima perfe-
ctio alicuius ⁊ naturalis status: imo ad quem semper incli-
natur res: est suus locus ꝓprius originis ⁊ generationis: ⁊
hoc manifestū est in hoībus maxime: homo enim maxie: ⁊
si rex esset: appetit redire in pātriaꝫ: ⁊ si vilissima sit. ¶ Sed
vltima perfectio animę rationalis est in celesti habitatio-
ne. ergo ibi est ꝯgruus locus sue originis. ¶ Rursuꝫ crea-
tor prior est in tēpore q̄ꝫ generās. ergo ⁊ creatio animę p̄or
debet esse tēpore generatione corporis: ergo non simul aīa
rōnalis cū corpore dꝫ esse accipere. ¶ Est eniꝫ hic ordo q̄
creatiōis opus p̄cessit opus distōnis/ ⁊ opus distōnis opus
ornatus: quare cū aīa rōnalis sit creata. ⁊ corpus sit factuꝫ
in fine ornatus: erit igit̄ aīa ante corpꝰ. ¶ Quomodo ergo
⁊ q̄bus argumentis moueant̄ hi ex nunc dictis manifestū
est: post ꝟo differentias: ⁊ ꝓprias vnicuiqꝫ opinioni dice-
mus: nunc ꝟo sit in tantū dictum.

¶ Caput 15ᵐ in quo inducunt̄ testes ꝓ ꝯfirmatione dictoꝝ.

In predictorum confirmatione plures reperti
sunt viri illustres. Moses igit̄ p̄mus ꝓpheta
sapientissimus inquit: cōpleuitqꝫ deus die se-
ptimo opus suū qđ fecerat: ⁊ requieuit ab vni-
uerso ope qđ patrarat: ⁊ bńdixit diei septio: ⁊ sanctificauit
illum: q̄ in ipso cessauerat ab omni opere suo. ¶ Hoc aūt
Plato in thimeo sic videt̄ exponere: introducens deuꝫ sciꝫ
loquētē stellis: ait: ego vobis semen ⁊ iniciū tradā: vos cęte-
ra exequi par est: vt imortali naturę mortalē attexentes: fa-
ciatis generetisqꝫ aīalia subministrantesqꝫ alimenta augea-
tis: ⁊ sumpta rursum recipiatis: videt̄ ergo Plato dictum
Mosis sic exponere q̄ deus sub̄as omnes spirituales crea-
uit: vt animas: ⁊ eas posuit in stellis tanq̄ꝫ semiā ⁊ exordia
animaliū humanoꝝ: ⁊ ideo tunc omnino deus requieuit:
q̄ñ animabus ꝓductis: ac in stellis positis: quoties fit hic
corporis generatio sic fit ⁊ ibi animę rōnalis descēsus: q̄re
tūc deus in septimo die ab vniuerso opere regeuit. ¶ Qđ
est Augustinꝰ in glōsa illius verbi requieuit in die septimo
ait q̄ deus requieuit post dieꝫ septimū ab omni opere suo:
idest creationis distinctiōis ⁊ ornatus: ergo amplius nihil
remanet creandū. ¶ Adhuc Damascenus in 3ᵒ capite scđi
libri inquit: ego aūt Gregorio theologo consentio: dicebat
enim p̄mo intellectualē substantiā creari: ⁊ ita sensibilē cō-
sequēter quare ⁊c̄. ¶ Pręterea Salomon inquit: puer aūt
eram ingeniosus: ⁊ sortitus sum animam bonā: ⁊ cuꝫ essem
magis bonus veni ad corpus incoinquinatuꝫ. Si ergo aīa
sic bona ad corpus venit: ergo ipsa fuit añ corpus. ¶ Rur-
sum Macrobiꝰ in p̄mo libro idē ponit: opinat̄ eniꝫ duas
esse celi partes: vnā deoꝝ: alteraꝫ animarū in cancro. s. ⁊ ca-
pricorno: per quarū alteram animę ad corpus descēdebāt.
¶ Et ibidem inquit animę beate ab omnicūqꝫ cōtagione
corporis libere celuꝫ possident ⁊ reliqua. ¶ Itē ⁊ Pytha-
goras idem dicere videt̄: credit enim a lacteo circulo deor-
sum incipere dios. i. Platonis imperiuꝫ: q̄ aię inde lapsę:
vident̄ iam a superis recessisse: ideo p̄muꝫ nascentibus af-
ferri ad lactis alimoniam: q̄ p̄mus eorum motus a lacteo
incipit: ⁊ ita corpora terrena habentibus. ¶ Iterū Theo-
phra. in 5ᵃ particula nāliū q̄ōnū hoc est in 2ᵒ lib. de anima
glosans verbuꝫ Aristo. 16. de animalibus cuꝫ inquit: restat
igitur: vt mens sola extrinsecus accedat: ait porro qđ dicit̄
mentē extrinsecus accedere non ita statuendum est: vt qui
vere appositus inuentusqꝫ habeatur: sed vt qui statim ab
ortu quasi cōpręhendere nos: complectiqꝫ soleat: ecce q̄uo
non ponit mentē accipere esse simul cuꝫ corpore: sed ante-
cedere corpus: ⁊ in fine ortus illam ponit nos compręhen-
dere: vt suo loco dicetur. ¶ Item Themistius in p̄mo sue
paraphrasis capite. 23. ait: vt enim nihil vetat duas haberi
perfectiones perspicui corporis: quaruꝫ perfectior vna sit

sol: altera imperfectior lumē: ita dici de anima potest nihil obstare duas esse animalium formas: quarū vna perfectior sit vt aia ea quę foris est: altera iperfectior vt ea quę intus ad singulas pertinet: hāc igit aiam quā tu vitē vocas, aiam ego nuncupo inseparabilē ꝛ indiuiduā corpi: eoqꝫ dissipabilem atqꝫ mortalē: non quidem absolute simpliciterqꝫ: sed eo modo quo lumē in aqua ꝛ reliqua: ecce quō Themisti° rationalem animā ponit ante corpus: quemadmodum sol ante illuminationem: vitam autē ab illa effluxam simul cū corpe ordiri atqꝫ dissipari ait. ¶ Qd quomodo sit in opione Themistij ꝛ Plotini forte enucleabitur. ¶ Itez Iamblichus ac Plotinus in pmo quarte eneadis disputat quō anima rationalis ante descensuz in corpus ꝛ post ratiocinetur ꝛ cōcludit eam ratiocinari vtroqꝫ modo: scilicet ante ꝛ post corporis recessum: imo est tunc adeo efficax ꝛ expedita: vt dicit: vt quę sibi porrigunt ab intellectu comprehendat sine tempore: ꝛ tu vide verba eius in capite. 18°. Ultimo sicut scda ppositione dicit de causis esse 2° qd est post eternitatem: ꝛ supra tempus est anima: quę est in orizonte eternitatis inferius: ꝛ supra tempus: ergo nec tempore: nec eternitate mēsuratur anima rationalis: ergo euo. ergo opz: vt ante corpus sit facta. ¶ Quod quidez igitur rationalis anima non cum corpore: vel aliquo corporis incipiat: vel desinat: hi testati sunt philosophi ac veteres.

¶ Caput 16m in quo inducuntur rationes latinorū ad opinionem expositam.

PRimus latinorum expositor Thomas scilz aduersus eos quatuor inducit rōnes in suis libris: quas breuiter enarrare opus est: ꝛ pma qdez ratio potest in hunc modum ordiri. ¶ Si rationalis anima fuit ante corpus: vel quidē creata vel increata: ꝛ dicere ipsaz increatam est error etiaz fm peripateticos: nulla enim est int° liberata a materia preter pmā: qd non ob aliud est: nisi quia quęlibet ex pma deficit: quando ab ea fit: vt dictuz est in libro. xi. destructionum Auer. quod nos cōmentati sumus. ¶ Si creata vel completa in specie vel incompleta. Sigdem incompleta: hoc est ꝛ error etiā qꝛ nihil imperfectuz ex deo est imediate maxime. Quod Moses testat ꝛ inqt: viditqꝫ deus cūctaqꝫ fecerat: ꝛ erant valde bona. idest perfecta: qd ꝛ Plato accepit in thimeo ꝛ Aristo. etiā ait deus ꝛ nā: nec deficiunt in necessarijs: nec abundant in supfluis. ¶ Si 2° completa in specie: tunc ex anima ꝛ corpore nō fieret vere vnum: qd Aristo. destruit in scdo de anima: qd ꝛ Auer. in cōmento etiam reddit rationē ꝛ inquit ꝙ ex duobus entibus actu vltimo: ꝛ cōpleto: nō fit vnum magis ꝙ ligatum ex duobus. s. ligno ꝛ homine. ¶ Scda ratio quaz etiā tangit Auicē. est a quo anima rōnalis habet esse diuersuz: ab eodē ꝛ in eodē dz oriri: sed rōnalis anima nō habet esse diuersum nisi a materia: ergo in materia habet fieri: ꝛ non ante materiā: ꝛ hoc Themistius etiam tangit in pmo sue paraphrasis de anima: capite. x3° inquit. Sz qualis obsecro animaruz illaruz sortito fuerit qualis differētia quę secretio si omnia quę eadem specię sunt participatione materię distinguuntur ex materia discrimen ꝛ differentiā optinent. ¶ Tertia ratio, anima sensitiua cū corpore ꝛ in corpore fit: sed intellectiua est sensitiua saltem fm rem ergo ꝛ intellectiua in corpore ꝛ cum corpore fieri debet. ¶ Quarta ratio fortissima est. Si anima fuit prius creata quęritur de causa vnionis quā hodie facit ad hoc corpus: vel est voluntas animę. Nec potest esse ex appetitu ex circuitu annoruz ei aduenienti corpori adhęrendi. Nec potest fingi hoc esse: ex voluntate dei. ¶ Primum quidez destruitur ex 3: qꝛ in potestate rationalis animę non est recedere a corpore qū volet: ergo nec in potestate sua erit accedere. ¶ Nec 2m dici potest: nam ea quę certo spatio fm naturā aguntur ad motum cęli reducuntur: sicut ad causam per quaz temporuz spatia mensurantur: modo rationales animę nō subiacent motibus cęlestibus. ¶ Nec tertium dici potest: qꝛ vel ad earū perfectionem hoc fecit: vel ad earum penam: non pmū: qꝛ non fuisset ratio quare absqꝫ corpore crearentur. ¶ Nec scdz qꝛ tunc institutio naturaliū ex spiritualibus ꝛ corporalibus substantijs esset per accidens ꝛ non ex dei pma intentione: hęc sunt rōnes huius viri. ¶ Post has quatuor melius inducuntur tres alię: quarū duę colliguntur ex Aui. ꝛ tertia ex tolletano: ꝛ harum duarū Auic. pma tacta est a Thoma: sed multuz diminute: pōt ergo sic ordiri. Si rōnalis anima est aū corpus: aut est vna: aut multę: est eniz pma entis dictio. Si vna tūc ex vna numero substantia animarent omnia viua: ꝛ hoc esse nō posset: nisi altero duoꝝ modoꝝ: aut vna ꝛ eadem numero anima esset in omnibus animatis corporibus qd falsum est vt dicā: aut ꝙ omnes animę essent partes illius: quemadmodū qdam Platonici dicunt: animas particulares animaliū esse partes animę mundi quemadmodū corpus hominis: ac aialis pars est corporis mundi: qd falsum est: tunc eniz oporteret ꝙ in cuiuslibet animati corporis generatione descenderet pars illius: qd ridiculuz est. ¶ Si 2° rōnales animę sunt multę ante corpus: vel igitur multitudine essentiali: vel accidentali: vel ex causa. s. causali: non potest esse essentialis: qꝛ omnes animę rōnales sunt vnius diffōnis: vt ex operatione vnius rationis in qualibet ostendit. Si dicatur ꝙ huiꝰ est causalis: contra: qꝛ vel ex intrinseca. s. materia vel extrinseca. s. agente: non materia: qꝛ nec in se māꝫ habēt ꝛ nec cum materia concreatę sunt: nec per respectus ad corpora: ꝛ ppter hoc nō pōt fieri: nisi duobus modis. s. ꝙ vel ante corpus fuerunt omnes animę: vna solum: quę per generationem diuiduntur per partes: qd destructum est: aut per respectū ad corpus: ꝛ hoc vel id corpus: ad qd respectū habet erit actu vel potētia: si actu: tunc oporteret ꝙ omnia corpora essent simul facta: sicut ꝛ animę cōtra sensum: si in potentia, contra id quod est in potentia materiali tm: est contingens possibile: scilz non fieri: ponamus ergo ꝙ non fiat: tunc non erit respectus ad ipsum. ergo anima ipsa: non erit vna per respectum illum. Si autem dicatur: ꝙ multitudo hęc est ex causa extrinseca diuidente: hoc nihil est: ab extrinseco enim: neqꝫ res est vna: nec multa: vnum enim ꝛ multitudo sunt in hisquę sunt. Nec potest dici ꝙ huiusmodi multitudo fit ab accidente: quia nec scilz a loco: nec a tempore. loco quidem non: quoniam non sunt in loco: tēpore 2° etiam non: quoniam sunt simul tempore: imo euo. ¶ Si dicatur ꝙ per accidentia spiritualia: hoc nihil est: quoniam non est maior ratio: quare vna habeat aliquod eorum: ꝛ non altera: ergo vel omnes vel nulla: quia ergo animę ante corpus: nec vna sunt: nec multę: nihil est ergo anima rationalis ante corpus: ꝛ sic confirmatur scda ratio Thome. ¶ Adhuc secundo potest argui aut hęc singularitas competit huic animę: inquantū anima: aut in eo ꝙ erit vel est huius corporis: si primuz: tunc cōueniret omni animę. Si 2° secūdo modo dicatur tunc singularitas animę incipit: quando incipit esse in corpore. Sed quando incipit singularitas alicuius: tunc incipit id esse singulare: ergo hęc anima singularis non habet esse ante corpus. ¶ Rursum Toletanus arguit: ꝛ potest sic ordiri: si anima esset aū corpus anima esset frustra: quoniam conditio propria animę est mouere: ꝛ vti corpore: vt ex diffinitione eius cōstat: quare si nullum esset corpus quo vtitur: erit ergo ociosa. ¶ Ex his rationibus Thome. Auicē. Alber. Toletani pōtest positio recitata reprobari: ꝛ possunt etiam induci multę alię rationes: contra illam.

¶ Caput

¶ Caput 17m in quo inducuntur ea quę q. faciūt p̄dictis: et illa qbus ipsi absoluerent argumenta inducta.

Siquis ergo perfecte oia inducta: ac possibilia induci aduersus eos intueatur: hęc inueniet q. facere maximas. Primum nāqz: cuius nos naturę sit rōnalis aia ante corporis ingressuz. s. an in specie cōpleta: an incōpleta: est eniz q. hęc multuz difficilis iudicio meo. ¶ Scdz horū erit: quō si fuerint multę ac discretę distinguant: ac numerent: cuz enumerati sunt omnes modi quibus intelligi possunt numerationes: quoz nullus reperiri potest in aiabus. Si vero vna sit cunctis anima: quō poterit animare tot viua ac esse anima tot viuentiū. ¶ Tertiū in quo laborāt etiaz Platonici: vt ex eoz discrepantia clarū est: quō rōnalis anima corpori vniatur: et cur hoc tēpore magis q̄ alio tempore: et cur huic corpori magis q̄ alteri etc. ¶ Quartuz et vltimū an anima rōnalis descendat ad corp' vero motu an remaneat in suo priori statu an imperficiat̄ ppter corpus animare: huiꝰ enim sunt questiones maximę: quę possunt accidere opinioni illoꝝ: et quia huiꝰ oia apertissime tractabuntur nō expedit nunc sermonem facere prolixuz: verum vt videat̄ adhuc positio illoꝝ bonum est inducere ea quę isti dicunt: sic enim dictis ac expositis facilius in posterioribus intelligentur ea quę opponuntur ipsis. ¶ Nec ppter hoc dz accipi aliqd determinatū: vel a me: vel ipsis: qm̄ oia hęc quę dicam vlteriori egent tractatu.

Ad primam igit̄ qōnez omnes illi phi cōcordes sunt dicentes rationalē animaz ante corporis igressum esse in specie ppria cōpletā: ac nihil deficere sibi sue speciei: primo et per se: tamen in hāc perfectionem diuersi sunt: platonici enim opinant̄ animā rōnalem nec esse eiusdē spēi cum intelligentijs: nec cum demonibꝰ: sed esse pprium gradū animarū: in quo animę rationales sunt plures eiusdē essentialis perfectionis: numero tamen secretas: ac differētes. ¶ Et qa perfectio vniuscuiusqz nātę intellectualis tribus complet̄. s. diuiorum contemplatione. Rerū materialiū inspectione: indiuiduoꝝ et sensibiliuz accurata cognitione: ideo Platonici: vt Plotinus Jamblicus Porphyrius et alij tres ponunt rōnalis animę gradus: intellectū. s. rōnez seu mentez et imaginationē: et ab intellectu mentez seu rationē a ratione imaginationē effluere aiunt: intellectum quidē ponunt animę rōnalis gradum: vt sit locus diuorū intelligibiliū: rationē vero vt locus sit rationum idealiū et vliuz generabiliū. Imaginationē vero vt locus sit formarū imaginabiliuz: et inde completa fuit substātia sm speciē vniuscuiusqz rationalis animę. Theophrastus aūt Themistius et Auer. rationalē animā ponunt vnā intelligentiā in specie completaz: quo ad operationē pmā: quę ei accidit inquātū intelligētia: et qa duo erant genera sensibiliū scilz separatoꝝ et generabiliū: ideo duos gradus apponūt in ea: alterū qdez quē agentez appellant intellectū: quo intelligētia illa subas separatas cōtemplat̄ sm modū dicēdi in opinionibus istoꝝ: alteꝝ vero quo vlia materialia intuet̄. intellectū. s. possibilē dicentes esse et inde speciem ac totalem perfectionē eā habere dicūt: sed quantū hi differant et q̄tū cōueniant loco suo dicetur. ¶ Pythagoricoꝝ aūt plures: vt proculus et alij opinant̄ animā rationalem esse ante corpus: nunq̄ tamen esse sine aliquo corpore: et ideo eam incōpletaz esse in sui ortu dicunt: cōplementuz vero accepisse: eo qa infinities corpora aggressa et ex eis regressa est: quid ḡ dicant in pma qōne antiqui hęc sunt scilz in typo dicta.

Quantum ad scdam questionē adhuc secreti sunt: Themistius eniz et Theophrastus vnicam animā omniū viuentium ponunt: quę mundi anima dicit̄: hęc eniz velut sol cunctis perspicuis illuminationes pręhet: sic et huius mūdi anima velut semen vle omnibus viuentibus animationē vel vitā vel animā pręhet omnez, inquit eniz Themist. sed qui hoc volunt pmū id mihi respondeant: statuāt in oībus animalibus an in solo homine singulas accōmodari animas: quę separate tñ abunctaqz habeant̄ et Hercules id in omnibus animalibus defendere fabulę et nugę merę: quid enim deridiculosius dici ex cogitariue potest q̄ separatas esse animas pulicū: quę vitaz pulicibus afferant: ecce quō non ponit animaliū brutorum formas seu separatas animas: et tunc ambigit de hoībus: an tot animę: quot hoies separatę et inquit dices in vno homine singulas singulis distributas: easqz pcul a singulis esse: cui obycit et inquit sed qualis obsecro illarū animaruz sorticio fuerit: quę differentia: quę discretio: si omnia quę eadem specie sunt participatione nāę distinguunt̄: ex materia discrimen et differentiā obtinent: et sic vult omniū hominū esse vnicā animā: quę apud eos et anima mūdi dicit̄ prout est velut semen a quo oia viua animationē suscipiūt: et intellectus dicit̄ hominis: qa vt dicit ibidem vim intelligendi animę imittat et influat etc. et tunc verificantur dicta Platonis in Thimeo cuz dicit: aiam aūt in eius medio collocauit quę per totum tenderet: atqz ea corpus ipsuz etiaz extrinsecus circūtegit: hęc eniz mundi anima: quę dicit̄ mundi: cum sit vniuersalr viuificans oia viua: omnibus aiantibus animationē et vitaz pręhens: in medio sita est: nō qdē loco et situ: cum spiritalis sit natura nihil loci obtinens: sed virtute et potētia: quemadmoduz rex in medio locatur ciuitatis: vt per totā ciuitatem diametralr distando nulli deficiat: verificatur etiam verbū ibidem: quando dicit: ego vobis semen et initium tradā: vos cętera exequi par est etc. hęc enim anima semen est et initiū omniuz nāę cōstantiū prout cunctis vitam et formē pręhet: quem admodū enim prima materia in se formā hz corporis: in qua potentialr sm esse confusuz et imperfectū oēs pfectiones ptinent̄: sic in oibus viribus oium agentiū decet esse mundi formā: apud Platonē: quę sit velut semen et pncipiū cōtinens in sua virtute oēs formas: et oēs operationes oium formarū: verificantur etiā dicta Aristo. per hoc vt Themistius ostendit ibidē. n. enim Arist. Sz aiam illā vnicā: neqz quęrere: neqz finire: sed aiam hoīs aiam equi aiam bouis: quas siue quis vitas animationesqz: siue aias appellet nihil pugnauerit Arist. ¶ Ecce quō Aristo. sm Themi. nō illā animā definit: quę omnibus vnica: hoībus vero intellectus est: sed aiationē: seu alio mō aiam: scdam dicit esse actū pmū: ppter qd verificatur aliud verbū Aristo. cum dicit. Amplius imediatū si sic corporis actus aia: sicut nauta nauis: loquitur enim ibi sm Themisti. de aia quę vnica est oibus: hoībus vero intell's: eodē modo: et verbū aliud verificandū apud Themistiuz videt̄ q hoc sit aliud genus aię: et hoc solū cōtingere separari: sicut ppetuuz a corruptibili: loquit̄ eniz ibi de hꝰ aia: quę vnica et vlis est omnibus: lz hominibus intellectus dicatur: quę re vera sm ipsum alterū est genus aię: cum non sit actus corporis: sed vtens corpore viuo: sm cōditionem suę formę: et separabile vt perpetuum. i. sol a corruptibili. s. illuminatiōe perspicui: hęc est opinio Themistij et Theophrasti. ¶ Auer. aūt cōueniens cuz eis in vnitate animę rationalis oibus hoibus discrepare videt̄ in multis: quę suo loco accurate lucideqz enarrabunt̄. ¶ Alij autē vt Plotinus. Por. Origenes: Jamblicꝰ: et oēs Platonici dixere hominū rōnales aias esse tot nūero quot hoies quę oibꝰ hominibus vitaz pręhent: vt Themistius dicit: pro aiationibus brutalium aialiū volunt sufficere aiam mundi: seu sphęre: multiplicant igit̄ rōnales animas ac intellectus: vt suo loco melius tibi aperiet̄. nō aūt brutorum aias separatas ponunt: quēadmodū recte Themistius etiā cum eis ait: quę

vitas ac animas prebeant:cum pro illis anima sphere sat sit. ¶ Sz qbus distinguunt hõ aię multū difficile vi: Themistius.n.ac Auer.nescientes dñias inuenire in vnitatē lapsi sunt. Propterea Plotinus magnā fecit.q.in quarta enneade ꝛ qd certi dicat nõ habemus. Uidet ḡ mihi cū ꝓtestu dõz aliter: ꝙ aiaꝝ rõnabiliū distinctio sumit: vel ex pte earuz: vel ex parte nostra: si qdē ex pte earū: dicit ꝓculus ac Plotinus rõnales aias nõ esse differētes externis terminis: vel accidentalibus differētijs: nec mā: nec agente: nec alijs extrinsecis: sed terminis internis: quos ꝯditiones appellat indiuiduales ac ꝓprietates ꝛ modos: ꝛ qñ hõ recte ꝛ ad summū ꝯsiderat rñsionē eoꝝ reducere nõ põt nisi ad qrūdaz modernoꝝ sniaz. s. aias sepatas differre hypostatica ꝓprietate: queę s qbusdā hecheitas dñ: s qbusdā affectio: s qbusdā existentia: sed quomodocūqz vis eā appellare in noie non sit qõ: sat sit ꝙ queadmodū spēs differūt dñia ēntiali: queę est pars qdditatis spēi: sic indiuiduę illę aię ꝓprijs indiuidualibus differētijs secretę sunt: queę nõ sunt partes qdditatis indiuiduoꝝ: cū indiuidua qdditatē nõ habeāt: ꝛ inde hõ distinctio dici põt accñtalis nõ qdez ab accidentalibus forinsece actionibus entibus: sed a ꝓprietatibus: queę non sunt essentia indiuidui: nec pars essentię. ¶ Si vero ex pte nostra: illa distinctio nõ cognoscit nisi qñ sunt in corporibus diuersis: illisqz vtentes ad diuersa opera: tunc eniz vt Plotinus ait: aia Socratis altera apparet ab aia Platonis nõ ꝙ antea hõ distinctionē nõ habeant: sed illam habitā in corporibus diuersis manifestant: vt pz in eis. ¶ Reliquuz modo est declarare quo naz mõ rõnalis aia corpori vniat. ¶ Et cur magis hoc tēpore q̄ȝ altero. ¶ Et cur huic corpori magis q̄ȝ alteri: queę in quarta tangebant qõne: hec qdē enim difficilia sunt: ꝛ melius dicent post: nunc aūt vt dicta illa aliqualr sint ꝑncipia ad altiora: opz vt hoc modo exponat. ¶ Primo ergo debes scire apud Platonicos nõ esse aiaz in corpore: sed potius corpus in aia: nõ enim ipsa aia in corpe est: sicut in loco: nec vt pars in toto: nec totum in partibus: nec vt qualitas in suba: nec vt species ac forma in mā: vt lõga declaratione ostēdūt: sz corpus est tñ aia: vt in viuificante comprehendente mouenteqz stabili: ꝛ hoc Theophrastus ait: exponens verbū Aristo. qui inquit mētez extrinsecus accedere: nõ ita statuendū est inquit: vt qui vere appositus iniectusqz habeat: sed vt qui statim ab ortu quasi cõprehendat nos cõplectiqz soleat. ¶ Concedunt tñ aiam rõnalez adesse corpori: seu adherere corpori: non qdem inesse vel inherere: sed dicant rõnalez aiam ad esse corpori: queadmodū motor adest instrõ: aia enim ipsa rõnalis ꝛ corpus aiale: qõ aial dñ humanū nõ faciunt vnū: sicut mā ꝛ forma: sed queadmodū artifex ꝛ instrm: est enim instrm pura quodāmodo mā: ꝛ quodāmõ formatū ab artifice sic ꝛ aia velut ars est: ꝛ aial humanū. s. cõpositū ex aiatione illa ꝛ mā: est tanq̄ȝ instrz quo vnt aia p sui ope. ¶ Et cū dicebat: cur magis hoc tpe q̄ȝ pori dõm ꝙ factis oibus dispõnibus q̄litatiuis ꝛ q̄ȝtitatiuis in embrione sufficit pro vita aialis humani rõnalis aia: necessitate nālr: ex suppositione corpus id viuificat: eo qz tūc tales dispões: ꝛ nõ prius qñ eniz tunc sunt hõ dispões: tūc erit ab aia tali: talis realis aiatio: ꝛ qñ est talis determinata aiatio: tūc erit tale aial humanū viuū redactū in forma instri illius hõ aię: ꝛ qñ sic est rõnalis aia illa aderit illi aiali tāq̄ȝ ars instro: erit ergo tunc instrm in aia ꝛ ecõtra: diuersis modis: rõnalis qdem tanq̄ȝ motor vtens illo aiali: aial aūt id in rõnali aia tanq̄ȝ in viuificante ꝛ comprehendente. ¶ Et cum dicebat: cur magis huic māę prebet aiationē q̄ȝ alteri: etiā pz sol. queadmodū enim aliud est instrm pro vno hoie aptū: aliud pro altero ꝛ si specie idez sint: ex ꝓprijs differētijs indiuidualibus: sic inductis talibus dispositionibus qualitatiuis ꝛ quātitatiuis aia illa: potius materiā sic aptā animat q̄ȝ alterā: ꝓpter affinitatez ad suā ꝓprietatez indiuiduam. Quo quidē igitur aia rõnalis sm hos vnitur: quoqz: ꝛ cur magis hoc tēpore q̄ȝ alio: ꝛ cur magis huic corpori q̄ȝ alteri: tanta dicta sint: posterius autem replicabunt latius omnia hec: ꝛ queę sunt reprobanda reprobabunt: que autē approbanda approbabunt. Sunt eniz ꝛ aduersus talia adhuc qões innumerabiles: queę suo loco tangent. ¶ Tunc ad rões latinoꝝ aduersus hos facile responderent: pma qdem soluta est ex Themistij verbis: non eniz Aristo. cum dicit ex aia ꝛ corpore fieri vnuz intelligit ex aia rõnali ꝛ mā cum rõnalez animā nõ diffinit: vt Themistius dixit: sed aiationem: queę s Platonicis aia scda dicit: a peripateticis actus primus corporis a qua diffõne exclusaz intendit Aristo. rõnalē nisi sm equiuocationē nois vtendo ly (actus primus) pro vtente ꝛ nõ inherēte: vt Simplicius exponit: qõ quō sit in scdo de aia in cõmēto meo declarat. ¶ Ad scdam quoqz Auic. q. sol. pz: aię enim separatę nec accidente: nec capite: nec ēntiali dñia secretę sunt: sed ꝓprietatibus indiuidualis: quas internos terminos appellant Platonici: quos Themistius ac Auer. ignorant: possunt aūt dici accidētia ad sensuz inductū: qõ quō verificat loco eius tractabit. ¶ Et sic etiaz soluitur illa longa ratio Auic. ꝛ toletani: ꝛ alioꝝ pluriū ad positiones illā arguentiū. ¶ Tertiā vero. q. absoluas. d. vegetales sensilē: ꝛ aiationē intellectualē vnā esse rem in subto: in corpore viuo: animali humano: ꝛ nõ cū rõnali anima: queę (vt Platonice loquar) hõ dñ. ¶ Quartaz etiā soluere potes ex vltimo dictis: rõnalis enim aia corpus viuificat necessitate naturę: nõ simplr: sz ex suppositione: queadmodū ꝛ deus: sm nos necessitate ordinis nāę ēt aiam rõnalē prębet corpori in deo: vt sequat cõplementū nāę: cur hoc tempore: ꝛ cur huic corpi pz: vtrū aūt hõ aiatio aialis humani sit gnātio an creatio formę in mā: ꝛ qd agens nāle facit in generatione: quō ꝓpter hoc aia rõnalis hoi vnit: posterius dicaz vbi an rõnalis aia forma sit corpis humani retractabo: spero enim inducere argumēta ꝓbantia ꝙ sic fortissima: nūc vero in tñ ꝑ determinatione sit dictū: rõnales aias esse sit cū corpibus factas: sm modū quē dicam post.

¶ Caput 18m in quo soluunt rões Platonicoꝝ probantes animas ante corpus esse factas.

Quemadmodum dixi B i loco: vt exciteę sermo: suspitio Platonicoruz narrata est: ac in parte defensata: sed qz eā retractare expedit loco eius: ne argumenta eoꝝ nobis obsistent: expedit ea absoluere: cū nihil necessitatis ꝯtineāt: nāc nāqz nobis locus nõ aderit: nisi repugnare argumētis fortissimis aduersus illā pma itaqz rõ nõ ꝯcludit: maior eni dz itelligi sic ꝙ ois forma aię q̄ȝtitatē ꝛ ꝯtrietatē antecedit corpus sm esse: non aūt sm fieri: idest nõ educit de potētia corpis: sz magis est cā essendi ipsi corpi: alr maior est falsa: nec volo ꝙ rõnalis aia sit nā cū corpe facta sit: sz prius nā creata: ꝛ in scdo signo infusa. ¶ Scda ēt rõ Gregorij nihil concludit: maior vera esset: qñ in corpe fieret: ꝛ sm esse depēderet ad corpus: cuius minor falsa est: cū rõnalis aia: nec in fieri: nec in esse ad corpus depēdeat. ¶ Tertia ēt ratio nulla est: qm maior falsa est: vez eniz est ꝙ nulla suba supra nām: dz eē s nā: vel sit cū nā per dependentiā ad nām: sed ꝙ sic sit facta cuz ente nāli: hoc non est ipossibile. ¶ Quarta rõ ēt nihil valet: dz enim maior intelligi de forma cuius esse est complexus in specie: cuiusmodi est intus mouēs stellā: mõ nõ est sic de intellectiua aia: ꝛ hõ rõ plus declarabit loco eius. ¶ Quinta rõ dz intelligi q̄ȝtū ad spēs: nūq̄ȝ enim mūdus priuatus suit spē aię rõnalis: cuz quo tñ stat nõ esse in mundo tot rationales animas: quot possunt esse: qñ lz vna numero anima

sit p̄spectior

sit pfectior tota specie leonis:tñ idiuiduū nō est ita de īte
tione vniuersi sicut spēs:sufficit ergo q̄ speciei rōnalis aīę
semp sit aliqd̄ indiuiduū. ¶ 6ª etiā rō nihil est:qm̄ itellige
tia ⁊ rōnalis aīa simplr non sunt vnius nāe:qm̄ intellige-
tia est cōpleta in spē:⁊ ꝓpterea in cęlo dȝ fieri:tanq̄ in lo-
co idoneo suę creationis. ¶ Sed aīa rōnalis cum sit pars
corpis physici:⁊ ita īperfecta decebat:vt Auic. ait:vt in cor
pore crearet̄:accipiēdo cōplementū ab illo:deinde in cęlo
ꝑmaneret. ¶ 7ª etiā soluit̄:qm̄ rōnalis aīa:⁊ si sit quolibet
corpore simplicior:qr tñ est corpis physici in medio existē
tis pfectio:⁊ actus:ideo in medio dȝ eē creata:dȝ ergo ma-
ior intelligi de subā simplici:quę nō est actus alteri⁹. ¶ 8ª
soluit̄:qm̄ maior hȝ instātiā:graue eniȝ genitū in medio re-
gionis nālr descēdit ad centrū:⁊ tñ ibi genituȝ nō est:ideo
maior dȝ intelligi de re:quę nō hȝ nisi vnā solā pfectionē:
mō in ꝓposito rōnalis aīa ṗmo hȝ pfectionē in corpore:a
quo accipit eē cōpletuȝ in spē. Scdo ⁊ ṗncipaliter pfectio-
nē hȝ in cōtēplatione subarū separatarū:⁊ hāc 2ª attingit:
⁊ sic argumētū nullū est. ¶ 9ª ēt rō nihil est:qm̄ aīs dȝ in-
telligi de creatione terminata ad rē cōpletaȝ in specie:⁊ iō
creatio intelligētię ṗcedit tpe gnātionē corpis:sed creatio
rōnalis aīę terminat̄ ad reȝ:quę est ps physici corpis:quę
ſm se perfectionē aliquā sumit a corpe:⁊ ideo non opȝ:vt
sit prior tpe creatione:⁊ gnātione corporis:sȝ sufficit:vt sit
ṗus nā:⁊ ſm quosdā. ¶ Ex his perspicuū est rōnes plato-
nicorū nō ꝯcludere ꝯ veritatē nostrę fidei. ¶ Sȝ auctori-
tates sapiētū inductę in capitulo posteriori ptim sunt glo-
sandę:partim negādę. ¶ Illis enim auctoritatib⁹ heresis
quotidā manicheorū est fulcita:dicentiū animas descēdere
per septē circulos:⁊ in quolibet sibi deponere vnū corpus:
⁊ simul mori:⁊ postea detrudi in hāc vitā mortalē:in qua
ēt transformant̄ in multa corpa:vt ipsi dicūt:⁊ tādē reascē
dent ⁊ reinduent corpra:quę in circulis septeȝ inferiorib⁹:
⁊ 8ᵒ superiori lacteo relinquerūt:⁊ hanc eē menteȝ Plato-
nis dicunt:⁊ hō itelligere Platonē dicūt:qñ inquit aīas vi-
rorū:qñqȝ in feminas:qñqȝ in bestias. Si eniȝ iustitiā hic
nō seruant ex corpibus virorū in feminas ingredi dicūt:⁊
si 2ᵒ etiam iustitiaȝ nō seruant amplius:⁊ in pecudes:quo
fit:vt expurgatę redeant in lacteū circulum:eo ordine quo
descenderūt:⁊ hoc Origenes ꝯfirmat. ¶ Jamblicus auteȝ
Platonis discipulus in ideȝ videtur incidere fere:addens
tñ aīas esse duplicis spēi rōnalis.s.⁊ irrōnalis:⁊ inde dicit
transformationē nō esse extra spēm:sed in eadem spē ad di
uersa corpora:ita.s.q̄ rationalis animę ad diuersa corpora
hominum transeāt:⁊ irrationales ad diuersa corpora irra-
tionabiliū:quā collaudauit ille Gregorius nicen⁹. ¶ Sed
hę fabulę ⁊ nugę merę esse vident̄:nec Porphiri⁹ ⁊ Theo
dorus id esse verum ac Platonis mentem esse affirmant:
⁊ si Plato quandoqȝ ac Pithagoras ⁊ aliȝ visi sunt dice-
re:non id tñ veri:sed ad terroreȝ populi:⁊ vt ciues bene
viuerēt:illi eni veritate ꝓphetica nō illustrati:quia possent
regere populū finxerūt fabulas q̄sdaȝ in populi correctio-
ne ac timore:vt Albert⁹ narrat de Pithagora. ¶ Ideo di-
cendū veritatē eē rōnales aīas simul creari cū corpibus:⁊
si nō ab aliquo existēte in corpe:nec a corpore ipso depen-
deāt. ¶ Qđ ꝟo Moses dicit intelligendū est deū requie-
uisse ab oī opere creationis:per se:⁊ ratione rei creatę sicut
est creatio intelligētiarū ⁊ cęlorum:tamen non requieuit a
creatiōe rōnalis animę:imo multa opera post vniuersalē
creationē deus fecit:vt pȝ. ¶ Qđ Plato ēt dicit nō The.
imo id q̄uocūqȝ exponit̄ siue vt Themistius:siue vt aliȝ:
oīno ꝯdicit veritati fidei:iō refutamus id vt Albertus ait.
¶ Jtē id qđ Aug. ait disputatiue eē dictū tenet vniuersa
schola theologorū:multa eni ait Aug. quę post retractauit.
¶ Dictū etiā Damasceni referendū est ad itelligētias:q̄re

tuȝ enim ad hoc ipse ꝯsentit Grego. theologo:nec quātū ad
rōnales aīas. ¶ Uerbū ēt Salomonis:vt Alber. īngt nō
dȝ itelligi ipm sortitū esse aīaȝ antq̄ eēt:⁊ qñ dicit puer aūt
eraȝ ⁊c. nō de aduentu aīę:sȝ esse itelligit:sed ꝑ ꝯsideratio-
nē corpis:⁊ sic aīa venit. ¶ Reliquę ꝟo auctoritates ꝯsu-
tandę sunt:illa ꝟo Aris. posterius ꝯsiderabit̄:qñ in opiōne
Aris. loquemur:ex his volo habere rationales aīas creatas
esse in corporibus nec prius corpore:vt ex solutione argu-
mentorum platonicorum constat.

¶ Caput 19ᵐ:in quo tractat̄ vltimū mēbrū ſm veritateȝ.

Cum declaratum sit rōnalē ani-
mā nō eternā
fuisse aperte ante:finitā ꝟo a parte post cum
nullus sapientū extimauit:amplius ipsaȝ non
esse finitaȝ a partib⁹ vtriusqȝ tēporis. ¶ Ad-
huc ipsaȝ nec esse eternā vtroqȝ latere. Reliquū est dicere
aīam rōnalē finitā esse a pte ante ⁊ sempiternā a pte post:
⁊ per ꝯsequens rōnalem animaȝ nō ṗfuisse corporis gene-
rationi:qñ ergo materia ṗma est summe disposita quanti-
tatiue ⁊ qualitatiue ab agente simili in spē ipsi genito. ver-
bi gratia ab ipso homine:tūc ṗmus motor sua bonitate:vt
nāę opus cōpleat rōnalē aīaȝ creat ex nihilo in eē optimo
ac diuino:⁊ post ſm nām:⁊ nō ſȝ tēpus:eā corpi sic dispo
sito infundit eodē.n. instāti tpis ⁊ corpi īfundit ac creat:sȝ
aliqs ordo itelligēdi signari possit:quē nāę ordineȝ appel-
lare fas est:quare in tali opere duo adsunt agētia hō.s.⁊ do
minus:homo quidē non qr formaȝ procreet ac ꝓgeneret ⁊
extrahat:sed quoniā summā dispositioneȝ ⁊ omnia necessa
ria pro rationalis animę esse:in materia operat⁹ est:deus
autē:quoniā nō deficit in necessariis nec in supfluis abun
dat:cōplens opus qđ natura ex se incepit:cū a nullo possit
cōpleri:occurrit spūm vitę in corpore spirās ac ꝯcreans.
Et tunc verificari posset peripateticū id verbū:sol ⁊ homo
generāt hominē:homo enim in virtute corporū cęlestium
motuuȝ ⁊ luminuȝ eorum ac stellarū virium materiā di-
spositionibus summis vestit:eamqȝ reddit dignaȝ tāto mu
nere:deus ꝟo virtute propria materiā sic merentē mune-
rat rationaleȝ animaȝ:quę est quidditas ac rei esse tribuēs.
Et cum rationalis anima:vt disputabit̄:nec materiam ha-
beat:ex qua sit eius substātia:nec materiā ex cuius poten-
tia educatur:⁊ perfectio sit alicuius:reliquum erat habere
materiaȝ in qua idest in cuius potentia reciperetur:habet
igitur materiaȝ:in qua:non ex qua:vt verificabit̄. Ex hoc
etiam verificari posset verbum peripateticoruȝ famosum
extenso ⁊ quanto:est extensa ⁊ diuisibilis. ¶ Si dimensio nō recipit ante intellectū.ergo cogitatiua fuit īdiuisibilis recepta in mā indiuisibili:⁊ sic homo esset quid indiuisibile cōtra sensuz. ¶ Dixit Joan. Picus ꝙ intellectus in hoc hoīe recipit post dimensionez:lz nō absolute:nec opz vt di uidat:qꝛ verbū Auerrois nō verificat nisi in formis cō stitutis in esse per subz. ¶ Sz pace sua Auer. pmo de subā orbis dedit pp hoc aīam celi recipi prius in corpore celesti ꝙ dimensiones:⁊ tñ aīa celi nō est cōstituta ⁊c. ¶ 18° non minus differunt plura mēbra alicui⁹ hoīs per ꝓprias for mas partiales ꝙ indiuidua humana inter se:sed Auerrois ⁊ Auic. voluūt hoīez vnū esse vnū numero ab vna forma vl tima:nō obstante differētia specifica mēbroꝝ.ergo oēs ho mines essent vnus hō numero simplr:nō obstāte diūa par tiali per cogitatiuas formas. ¶ 19° si intell's esset forma co gitatiuaꝝ hoīum:tunc possem tenere oīa corpa mundi dif ferre ꝓprijs differētijs ꝑtialibus:⁊ cōstitui ab vno intelle ctu numero vlī:qui est deus:⁊ sic esset error Uarronis:ꝙ deus sit aīa mundi. ¶ 20° si vna forma specifica perfecta pōt recipere alterā in esse tunc elementa nō deberēt fran gi in misto in subiectis:vt deducit Auer. 3° celi cōmen.67. ꝯñs tenet:qꝛ dicerez plures formas recipi ab inuicē nō esse remotū. ¶ 21°. si itellect⁹ reciperet in mā ⁊ cogitatiua: vt isti volunt:tunc intell's haberet duo subiecta:ꝯñs est cō tra Auer. in pmo de subā orbis:vbi inquit:vnā formā hēre plus vno subiecto est īpossibile:ꝯñtia pz:qꝛ intellectus re ciperet īq cogitatiua ⁊ mā:nec valet fugere ꝙ nō est incō ueniens habere duo subiecta:quoꝝ vnū sit mediatū alterū imediatū:qꝛ tunc nihil haberet cōtra antiquos ⁊ Auicen. dicerē enim mām habere formā ꝓpriā:⁊ tñ recipere alias formas:nec incōuenit vnā formā recipi in forma illa pro pria māę imediate:⁊ in mā mediate:sicut dicis:qꝛ vnam formā habere duo subiecta:vnū imediate:alteruz mediate nihil ꝓhibet vt obijcis. ¶ 22° arguit:tunc intellectus esset accidēs:qꝛ omne adueniens enti in actu specifico ⁊ vlti mato est accidēs:pmo physicoꝝ.cōmēto.69.⁊ 2° de aīa.cō mento 4°. Sed intell's aduenit composito ex cogitatiua:⁊ mā:q̄d est in actu specifico ſm hos.ergo intell's est accidēs: ꝯñs falsū:⁊ nō maior:ergo minor:⁊ sic positio falsa. ¶ 23°. tunc nulla esset via ꝓbandi mām pmā esse purā potentiaz in genere substātię:ꝯtra totā phīaz:ꝯñtiā ꝓbo:qꝛ tota via sustētat in hac ꝓpositionē:nullū ens in actu recipit formā substātialē:⁊ hanc accipit Aristo. in perigeneseos:⁊ in phy sica auscultatione:⁊ in diuinis:⁊ alibi:cui addēdo hanc mi norē:mā recipit oēs formas subāles:concludunt phi.ergo mā nō est ens in actu:ecce q̄do maior est tota vis argumē ti. Si ergo cogitatiua vel cōpositū ex mā ⁊ cogitatiua reci pit realr intellectum:ac formalr:tunc ens in actu reciperet formā subalez:sed hec est maiori ꝯtradictoria.ergo maior falsa:⁊ sic tollet via illa:⁊ possem sustinere mām esse actū vel ens in actu. ¶ 24° omne recipiens dz esse expoliatuz a naturis rerū receptarū:tam in receptione reali ꝙ spūali: vt dicit Auerrois 2° de aīa.cōmēto.67.sed mā recipit oēs formas subāles.ergo in recipiendo alterā formaꝝ substan tialiū dz esse expoliata ab oī.ergo nō recipit ⁊ intellectum per cogitatiuā:tanꝙ per rōnē recipiēdi receptiuaz. ¶ 25° arguit:oīs forma posterior receptione in mā est terminus finalis prioꝝ adeo ꝙ cōtinet oēs priores virtualr:sicut fi gura posterior cōtinet pores virtualr:vt dicit Aristo. 2° de aīa.sed intellectus est forma vltima receptione.ergo ꝯtinet vegetatiuā sensitiuā:⁊ oēs alias virtualr:⁊ per ꝯñs intell's erit virtute vegetatiua sensitiua ⁊ intellectiua.ergo oēs su perfluunt:⁊ sic redibit positio oīum latinoꝝ dicentium ra tionalem aīam esse potestate vegetatiuaz ⁊ sensitiuā:⁊ esse principium omniū operationū harum per se.

Nec potes dicere intellectū esse priorē:qꝛ nūc esset imperfectior:priora eniz gnōne sunt im perfectiora vt dr̄.9.diuinoꝝ. ¶ 26° oīs for⁹ vltima est vlti mus terminus gnōnis per se:sed intell's est forma vltima apud istos:qꝛ ab eo sumit nōmen ⁊ diffinitio hoīs.ḡ intel lectus est vltimus ꝑ se terminus gnōnis:sed oīs terminus gnōnis cōtinet in potētia agētis ⁊ māę:⁊ per ꝯñs extrahit de po⁹ māę.ergo itell's extraheret de potētia māę. ¶ 27° si intell's esset formalr copulatus hoī a pncipijs nāę:tunc phantasma nō esset mediū copulationis intell's cuz hoīe:⁊ sic totus labor Auerrois in 3° de aīa in declarando mediuz copulatiōis fuisset ociosus. ¶ Ex his ⁊ alijs dispsim meis argumētis potes iam colligere positionez hanc ꝯtradicere fundamētis Auer. expręsse:⁊ lz hoꝝ argumentoꝝ quędaz videant facilia solutu:quędā nō cōsumato in dictis Auer rois facient forte probabilitatem.

¶ Caput 20m: in quo narratur altera positio.

SI duo rōnales aię erunt tot quot corpora nō gdez ęternę:sed ex deo createę:⁊ in instāti creationis infusę:positio erit nostra quā post ponere volo:qꝛ hanc sustinere foue reqz intendo:ideo lz ad alterū mēbrū trāsire. ¶ Si igit rōnalis aīa vnica ponit vel dabit esse corpori bus hoīum:vel operari tñ:si esse:sic positio erit Themi.⁊ Theophrasti Eudemij Simplicij:⁊ multoꝝ expositorum veterū:inquit eniz Theo. pmo de aīa capite.23.naz ea quę pnceps est:⁊ quę intell's vocat:forte pōt abiuncta defendi: quę vim intelligendi aię lmittat ⁊ influat:at reliquas nās inhęrere:⁊ quodāmō intexi corporibus:necesse est:si pręę stare vires:⁊ actiones suas debent:in tertio vero:capite.33. assertiue hoc inquit.d.aut.n.eandē rē nō intelligunt pręce ptor cū docet:⁊ discipulus cū docet:qd falsuz ē nemo est: qui nesciat:aut si eandē intelligunt idē ambobus actus est eoqz subā eadē. ¶ Et capite.39.inquit ex his oībus mani festū puto esse:nō pręter rōnez sentire qui dicant Aristo.⁊ Theophrastū extimasse aliud esse itellectū patibilē ⁊ cor ruptibilē:quē illi cōmunē vocant:⁊ corpe nō abiunctum: aliud totū id qd ex intellectu agente:⁊ intellectu potētię cō ponit:qd ⁊ separatū a corpore:⁊ incorruptibile:⁊ ingenitū statuunt:atqz ita fieri:vt partim duę naturę sint:ptim vna: naz ⁊ id qd ex duabus facultatibus forma ⁊ mā cōdit vnū esse intelligimus. ¶ Et capite.37.in fine postꝙ Platonis verba induxit inqt:ex his abunde manifestū arbitror:ma nifestuz factū Platonē ex his partibus:quę pertinerent ad aīam solum:intellectū īmortalē putasse:cōtra:tum omnes affectus:tum rōnē in affectibus ꝯstitutā mortalē:quā Aris. patibilē appellat. ¶ Et capite.35.inquit vt hoc loco: Aris. cum dicit cōmune patibile ⁊ corruptibilē intellectū accipe re:nā intellectū potētię nulla dubitatio est:qn impatibilez ⁊ separatū putauerit:⁊ qui formas rerū posset cōcipere:⁊ q nihil esset actu:sed po⁹:itez qui cū corpe misceri nō posset: ⁊ cui nullus vsus corpei instrumenti esset ⁊ reliqua. ¶ Qd vo agens intellectus separatus sit nō opus est ostendere: id enim ꝯstat. Tum capite.26. Ditz.29. Tum.31. Tuz.32. Tum.36. Tum.39. oībus enim his in locis id aperte reper ries. ¶ Ex his oībus colligere volo totā rōnalē aīam:quę ex intellectu potētię:⁊ agente fit esse a corpe semotā separa tamqz:⁊ pcul a corpore:⁊ dispositione corpali. ¶ Cui si addat hęc minor:oīs forma separata a mā non est nisi vna numero in tota specie:vt The. sumit:tum capite.23. pmi: tum.33. tertij de aīa:cōcludit in figura pma rōnalē animā esse vnam numero cuius ptes sunt intell's agens ⁊ intell's potētię:ſm igit Themi. intell's agēs vnicus est numero ⁊ itell's potētię vnicus:⁊ tota rōnalis aīa:quę his ꝯficit:vni ca numero:quę in tota sphera humana pn⁹ est viuificādi:

ac intelligẽdi ſm modum declarandus. ¶ Erunt ergo ſm Themi. tres intellꝰ in ſuba. ſ. intellꝰ potẽtię intellꝰ agens: qui rõnalẽ aiam cõdunt: eſt ꝛ intellꝰ paſſibilis ſeu corruptibilis quẽ Ariſto. ꝛ Theophraſtus cõem appellant: ꝛ hic quidem eſt id: ex quo ꝛ corpore aial ſit humanũ: rõnalis. n. aia totũ qddã eſt: in ſe ꝯſiſtens: vt capite. 39. auctoritate Theophraſti dicit ſub noie intellꝰ agẽtis: intellꝰ vo cõis: qui vita eſt aialis humani: pᵒ eſt alteriꝰ: rõnalis qdẽ aia ſimplex ac in numero vna tñ: intellꝰ quoqꝫ paſſibilis numeratus: qđ ſic Themi. oſtẽdit: capite. 37. porro intellectũ cõez mortalẽ dicit per quẽ hõ eſt: qui ex aia ꝛ corpore ꝯſiſtit: in quo iracundię ꝛ libidines ſedent: erit ergo intellꝰ paſſibilis ab aia rõnali ſeu agente intellectu ꝓueniens: ſicut a ſole illuminatio in medio: ꝛ a vultu imago in ſpeculo: ꝛ hoc pacto verbũ Themi. ſonat capite. 27. Reſtat igiṫ vt ab intellectu agẽte tñ eſſentia mea ꝓficiſci ac pendere dicaṫ: ſolus eniꝫ intellectꝰ agẽs ꝓprie ꝛ maxie cenſendus eſt forma ꝛc. idez enim ſm eũ rõnalis aia: ꝛ agẽs intellectus (vt alꝰ oſtendã) ſola. ſ. rõne ſecreti. ¶ Erit ergo poſitio Themiſtij a poſitione Plotini hoc vno ſolo diſcrimine differẽs: ꝙ Themi. numeratiõnẽ intellectiuũ reſecat: Plotinus pandit ac conaṫ defendere: ſꝫ de gñõne hoĩs ꝛ corruptione: ꝛ mõ deſcẽſus ꝛ receſſus alꝭ ab aiali humano nulla ꝓſus dĩa. Erit etiam poſitio Themi. ꝓpinqua poſitioni Auerrois in oĩbꝰ qdez: pręter hoc ꝙ Themiſtius rõnalẽ aiam aiare ſui pñtia formareqꝫ ſui adhęrẽtia dicit. Corrũpere aũt ac diſſipare corpus ſui abſentia ac receſſu: ꝛ ſic rõnalẽ aiaꝫ nõ tñ pñm operandi ponit hoĩꝫ: ſed eſſendi: hoc ꝓfecto pacto quo ſol illuminandi pñm ꝛ vultus imaginis in ſpeculo ponit: qđ Auerrois: vt creationẽ euitet: deteſtaṫ ꝓſus: vt ſuo loco latiꝰ dicetur. Quid igiṫ Themi. ꝛ alij ſenſerint: patet his.

¶ Caput 21m. in quo inducitur poſitio quorundam latinorum de ſententia Themi.

Expoſitor in libro de vnitate intellꝰ ꝯ Auerroim Themi. intelligere dicit: ꝓpter qđ Themi. intellectũ eſſe vitam ꝛ verã corporis aiationẽ ꝛ formã a qua ſpẽs ꝛ differẽtia ſumiṫ dicit: ꝛ accepit ꝓ ſe vba capitis. 26. ꝛ. 27. oĩa: quę hic narrare eſſet ſupfluũ vbi conſtat aperte The. velle rõnalẽ aiam eſſe formã corporis humani: nõ per appropriationẽ: ſed ꝓ verã inexiſtẽtiã ac aiationẽ. ¶ Amplius ꝛ Theophraſti poſitionẽ eſſe hãc teſtatur expoſitor: inducẽs verba Theophraſti: quę Themi. capite. 39. recitat vbi aperte colligit intellectũ eſſe verũ actuꝫ corporis ac formã eius. ¶ Amplius ꝛ ꝙ intellꝰ agentes ſint plures oſtẽdit ꝛ Themi. capite. 32. d. (an pñm qdẽ intellectũ illuminantẽ credi vnũ opꝫ: illuminatos vo ꝛ ſubinde illuminantes multos: quẽadmoduꝫ ſol eſt vnus tñ lux: quę de ſole ꝓdit ꝛ mittiṫ quaſi abiungiṫ ab eo: ꝛ diuelliṫ: atqꝫ ita in multos obtutus diſtrahiṫ diſtribuiturqꝫ.) ¶ Ex his ſequiṫ ꝙ intellꝰ agentes ꝗ ſunt ſiṫ illuminantes: ꝛ illuminati ſunt plures: ſꝫ vnus pmus: qui forte deus eſt: ꝛ per ꝯñs nõ vnicũ numero ſentit Themi. intellectum. de intellectu vo ſpeculatiuo: qui intellꝰ in habitu dĩ: qd Themi. ſenſerit nõ pñtis ſit pertractationis: differaṫ enim vſqꝫ in aliud tpꝰ. Hec igiṫ ſũt verba Themi. que aduerſus dicta inducunṫ.

¶ Caput 22m: in quo cõſiliant Themiſtij verba.

Sunt quidã pręſtãtiſſimi viri ex Simplicij verbis in 3º de aia: accipientes in cõmẽto illius partis (de pte aũt aiꝭ) qui amicitiã ponũt in dictis Themi. hoc pacto imaginãtes ex intellectu cõi ꝛ corpe aial cõfici humanum: eſt eniꝫ intellꝰ cõis forma corporis illius. ¶ Ulteriꝰ ex rõnali aia ꝛ aiali cõfici hoiem dicũt: erũt ergo hoies plures rõne aialiũ humanoꝝ: ſꝫ forma oĩuꝫ vna: ꝛ ſic ordo eſt ꝙ intellectus cõmunis forma eſt corporis humani: ex quo aial cõficiṫ humanũ: rõnalis vero: quę qñqꝫ noie agentis qñqꝫ noie intellectus potẽtię dicitᷣ: eſt forma aialis humani: ex quo ꝛ eo ꝯficiṫ hõ. ¶ Et hoc Themi. ſentit: vt dicũt: qñ inquit: reſtat igiṫ vt ab itellectu agente tñ eſſentia mea ꝓficiſci ac pendere dicaṫ: ſolus enim intellectus agẽs proprie ꝛ maxime cenſendus eſt forma: qđ ꝓ tãto dicit: qm̃ intellectus cõis eſt forma ꝛ mã: forma qdez corpis humani: mã vo ſaltẽ partialis intellꝰ agẽtis: ꝗ nullius amplius forma eſt. ¶ Qđ declarare vĩ. d. imo forma formarũ inferiora ſũt cętera: vt aial humanuꝫ ſup. mõ ſubiectoꝝ loco: mõ formarũ habenṫ. ¶ Hoc idẽ ſentit Themi. cuꝫ inqt (nos igitur vtriuſqꝫ intellꝰ copulatio ſumus. ſi ergo ita habent oĩa: quę ex actu: ꝛ potẽtia cõſiliant: vt in his aliud ſit ipſa res: aliud eſſentia) ſeqṫ: vt aliud ego: ꝛ aliud eſſentia mea: ita vt ego ſim is qui ex actu ꝛ poteſtate. ſ. agente ꝛ aiali humano ꝯſtituor (eſſentia mea ſit ſolus actꝰ tñ) ecce quõ differentiã ponit inter hoiem ꝛ aial: hoiem. d. cõſtitutũ ex rõnali aiali ꝛ intellectu agente: ꝛ rõnale aial ex corpe ꝛ aiatione: ꝛ ſic põt poni amicitia dictoꝝ eius. ¶ Et hic qdẽ ꝯcordandi modus ſubtilis eſt: ꝛ Simplicius fuit auctor: ꝛ eius poſitio fuit hęc tñ. Ego vo nõ reputo Simpliciũ cũ The. ſentire: vt pręhabito capite plurĩbꝰ locis monſtraui: iđ cõſiliandi modus alter eſt: qui fere pꝫ: Themi. n. nõ negauit intellectuꝫ dare eſſe nobis: ꝛ per ꝯñs nos eſſe quoquo mõ intellectũ: vt dicit: ſꝫ iſtud dare eſſe eſt ęquiuoce: alio. n. pacto dat eſſe lumen medio ꝛ alio ſol. eſt. n. lumẽ tanqꝫ actus ꝛ pfectio ac pᵒ illuminati: ſol vo ꝓcul ab eo ſua tñ pręſentia forma ꝛ illuminans: ꝛ ſic Themi. intelligit: ꝛ hoc pacto ſeparatũ ipſuꝫ nõ ponit: quot eniꝫ modis dĩ dare eſſe tot ꝓ oppoſitũ dĩ ſeparatũ: ꝛ ſic cõcedi põt intellectuꝫ vno mõ eſſe cõiunctũ corpi: ꝛ altero mõ ſeparatum: ſed qđ Themi. intellꝰ dicat illumiatos ſubinde illuminãtes quõ multos poſteriꝰ in alijs locis dicã: ꝛ id dictũ potius ꝯtra eum facit: qꝫ cõtra nos: differaṫ ergo vſqꝫ in aliud tempus. Quę quidem igiṫ ſit poſitio Themiſtij patet.

¶ Caput 23m: in quo poſitio Auerrois inducitur.

Non decebat poſitionẽ Themi. cõfirmare: qm̃ ea eadẽ argumenta: quę poſitionẽ Auerrois firmant, illam Themi. ꝓbant: cuꝫ vtriuſqꝫ vna tantũ ſit vis: paruo diſcrimine differẽs: vt diximꝰ. ¶ Quia declaratũ eſt rõnales aias: quas peripatetici intellꝰ vocãt de ſe abſolutas: ac a mã ſolutas eſſe. Amplius ipſas nõ eſſe multas ſm ſpẽm: nec multas ſm numerũ. ergo relinquiṫ poſitio Auerrois ꝙ rõnalis aia vna tñ ſit oĩum numero: ꝛ qm̃ declaratũ eſt: ac declarabiṫ rõnalẽ hãc vnã nõ viuificare: ac nos fouere: ꝛ ſcimus ꝙ ꝓ ipſuꝫ intelligimus: declaratũ erit eſſe nobis attributã tanqꝫ pñm mouẽs: ꝛ ſicut artiſtꝭ: ꝛ motor mobili: ꝛ intelligẽtia orbi: ꝛ quẽadmodum vna numero intelligẽtia ſufficit ꝓ totiꝰ ſphęrę gubernatione: ſic ꝛ vna rõnalis aia totiꝰ hoĩuꝫ ſphęrę: ſufficit eſſe pñm intelligendi: verũ intellꝰ: ꝗbus ſumus ꝛ numerati ꝛ iſti: ac operantes ꝓprijs ꝛ ſignatis operationibus: corruptibiles ſunt ex potẽtia agentis ꝛ mã cõducti: quos cõis appellant Ariſto. ꝛ Theophraſtus. ¶ Ex intellectu igitur cõmuni ꝛ corpore aial cõficiṫ humanũ: ac orbis: ex hoc orbe ꝛ intellectu fit vnũ: nõ qdẽ in eſſe ſed opatione: qualr ex nauta ꝛ naui: ꝛ hoc totũ eſt hõ intelligẽs ꝛ ſapiẽs diſputans ꝛ operans ꝓpria hoĩs opatione: cogitatiua ergo ſeu cõis intellꝰ forma eſt mãę: rõnalis vo aĩs forma eſt orbis vtens eo: eo ꝓfecto pacto: quo nauta vtiṫ naui: ꝛ faber cultello: ꝛ qñ ita eſt: quo pacto Auerrois diſcrepet a Themi. pꝫ. Auerrois. n. cogitatiuã (quã Themiſtius intellectũ paſſibilẽ vocat) non ex rõnali effluere dicit: ſed de potentia materię: ꝛ agentis.

Themisti. Jo eam esse munus rõnalis ꝛ imaginē eius probat. ℂ Discrepat etiã a Plotino. Plotinus enim rõnales aĩas numerat cũ corporib⁹. Auerrois eas densat ac ad Atomaꝝ naturã inducit. Plotinus esse ꝛ aĩationē rõnalē fouere dicit corpori animalis. Auerrois id a patre ꝛ matre ostēdit pfluere: vt .12. meta. latius dicit: ꝛ sic positio huius his perspicua in vnitate sit.

ℂ Caput 24ᵐ: in quo inducunt̃ oĩa argumēta p hac pōne.

Non est iustum hoiem cōdēnare absentē: nec bonũ detestari nisi visa cã dicendi: vt Aristo. inquit in scđo de celo ꝛ mũdo: ideo inducere argumēta pro hac positione melioa quę possunt bonũ est: ꝛ vlterius declarabimus hanc positionē tãtũ quãtũ possibile est: deinde ostēdemus: quãtũ a veritate secessit Themi. arguit in tertio capite .32. fundãs argumētũ in verbo Platonis: qui sic dicit (nisi hoib⁹ cõia essent multa: sꝫ ppriũ qd aut pcipuũ: ꝛ impromiscuũ ptineret in singulis nō eēt ad modũ facile ostēdere ꝛ significare alteri voluntatē suaꝫ) super qbus arguit Themi. ꝙ nisi vnus numero sit intells in oĩbus: disciplinę in discipulũ transfundi nō possent: cũ enim eadeꝫ sint: quę tradendis his ꝛ qui docet: ꝛ qui addiscit cōsiderat: qꝛ neqꝫ hic docere neqꝫ ille addiscere vnq̃ possent: nisi ab vtroqꝫ eadē cōmētatio tractaret̃: perspicuũ est eandē esse intellectuꝫ pręceptoris ꝛ discipuli oportere: qñ qdē essentia intellectus idē esse qđ actus ipse describat̃. ℂ Supponit ergo Themi. ꝙ essentia intells sit ideꝫ qđ actus: vel simplr vel sm qd: vt als dicam: tum arguit: idē numero est actus intelligēdi pręceptoris ꝛ discipuli: sed actus intelligēdi est intellectus sm qd vel simplr: ergo idem numero est intellectus vtriusqꝫ vel simplr vel sm qd. ℂ Confirmat hoc signo .x: atqꝫ hoc fortasse causa est: q̃ ob reꝫ ad solos hoies ptineat docere ꝛ discere vicissim alloquioꝝ ꝛ sermonũ intelligentiũ habere: hoc ergo aĩalibus nō pōt cōtingere: qꝛ in his cōstitutio aiaꝝ ꝛ partitio cōtumaꝝ ineptaqꝫ est: vt intellectũ potētię possint recipere: q ab intellectu agente perficiat̃.

Rursum arguit ibidē .v. vii. n. cōes illę animi pnotiones cōceptionesqꝫ oĩb⁹ pręhaberent̃: vnde ingenita illa impręssaqꝫ oium mentibus pmoꝝ notitia cōstituissent: nāꝫ duce nulla rōne nulla doctrina: est ergo argumentũ eadem numero pn^a sunt oĩbus per nãm nota. ergo hęc eget eodē numero subiecto ꝛ eodē numero declaratore. ergo rõnalis aĩa cũ cōstituat̃ ex subiecto illoꝝ: ꝛ declaratore erit vna numero oĩb⁹: hęc igit̃ sunt argumēta Themisty. ℂ Amplius arguit Auerrois: si rõnalis aĩa seu intellectiua numerat̃ cōtinget nobis ponere ꝙ pma pfectio est hęc intentio. s. indiuisibilis in mã numerata per numerationē indiuiduoꝝ: hois ꝛ generabilis ꝛ corruptibilis: cuius oppositũ declaratũ est ex demōstratione Aristo. ꝙ non est aliqd hoc: neqꝫ corpus neqꝫ virtus in corpe. Quę rō sic declarat̃ a Joan. in 3º de aĩa libro: oĩs forma subalis: quę est multiplicata numeralr: est pfectio inhęrens mãę: ꝛ extēsa extensione mãę: multitudo. n. numeralis indiuiduoꝝ subę sub eadē specie nō est: nisi p mãꝫ diuisaꝫ: vt Auerrois inqt. 7. meta. cōmēto .28. ꝛ Themistius capite .32. ꝛ est cōis pręnotio oium phoꝝ: opꝫ ergo ꝙ oĩs forma subalis: quę multiplicat̃ numeralr manens eadē sm spēm inhęret mãę diuisę: ꝛ per pñs extendit̃ sm eius extēsionē. Aliter ego pstitui rōnē Auerrois iducere ꝛ pmo accipere qđ oĩb⁹ vt Themi. dicit cōmune ꝛ pręcōceptio est: ꝙ indiuidua eiusdē speciei nō sint numerata nisi p mãm: quę pnotio est oĩb⁹ cōis nec Plato nec Pythagoras istud negãt: teste Arist. p mathe: inquit eniꝫ mathe. esse dĩa a sensibilibus ꝛ ab ideis: a sensibilibus qdē: qꝛ sempiterna sunt ꝛ imobilia: a spēbus Jo eo ꝙ hęc qdē multa similia sũt: spēs aũt ipsuꝫ vnũ vnaquęqꝫ solũ: vbi expositor inquit. differũt Jo mathe. a specieb⁹: qꝛ in mathematicis inueniunt̃ dũę sm numerũ: silia sm speciẽ: hoc aũt in specieb⁹ nō accidit: nã cũ in specie separata nihil aliud sit nisi nã speciei: nō pōt esse singularis species nisi vna: sꝫ enim alia sit spēs. i. idea hois: alia asini: tñ spēs hois nō est nisi vna: nec spēs asini: ecce quō Plato ꝛ Pythagoras: qui posuũt ideas: dicũt quãlibet ideaꝝ vna numero esse in specie: nec ponunt ideas plures numero specie similes: ꝛ hoc qꝛ priuant̃ causis indiuiduoꝝ. s. mã: est ergo ppositio hęc oĩb⁹ phis cõis: vt apertius in 2º libro dicã. ℂ Amplius ꝛ scđo accepi ꝙ rõnalis aię esse simplr ꝛ esse indiuiduale ac mãle eius sint idē sm rem ꝛ in subiecto: differunt tñ rōne ꝛ mō: hoc idē declarabo: qꝛ si esse simplr rõnalis aię esset sm rem diuersum ab eius esse in mã: ergo rõnalis aĩa esset per se subsistens: ꝛ sic vna p se sꝫ accidentalr multa: his habitis arguebã: si rõnalis aĩa est numerata. ergo in esse indiuiduali dependet a mã: qꝛ causatum dependet a causa: indiuiduũ eniꝫ sm ꝙ indiuiduũ causatũ est a mã: ꝛ ideo dependet a mã. Sed vt scđa dicit assumptio esse materiale rõnales aię: ꝛ esse simplr sunt vnuꝫ ꝛ idem penitus sm rem. g̃ quẽadmodũ rõnalis aĩa hꝫ esse a mã materiale ꝛ indiuiduatũ ita ꝛ simplr esse: cũ id esse sit alterũ esse oĩno ꝛ penitus. Quo fit vt rõnalis aĩa sit generabilis ꝛ corruptibilis: qđ sic cōponi pōt: oĩs forma in esse suo simplr depēdēs a mã: est generabilis ꝛ corruptibilis: sed rõnalis: vt cōuictũ est: in esse suo dependet a mã tam simplr q̃ sm quid. ergo erit gñabilis ꝛ corruptibilis qđ destructũ est superiori tractatu: ꝛ sic ratio Auerrois soluta erat a me declarari: ꝛ non sicut Joan. inquit. ℂ Itē si rõnales aię erũt numeratę: aut per seipsas: aut per corpa: nō per corpa: qꝛ forma: quę subsistit nãliter ante q̃ vniat̃ corpi: nō indiuiduat̃ corpis indiuiduatione: sed rõnalis aĩa pus saltē natura subsistit q̃ corpori vniat̃: qꝛ vt sic est terminus creationis: ꝛ oĩs termin⁹ creationis prior est quocũqꝫ termio gñōnis. ergo rõnales aię nō erũt numeratę numeratione corpoꝝ: nec per suas essentias: quoniaꝫ tunc differentia intells ab altero erit specifica: qꝛ oĩa differentia essentia tanq̃ rōne differendi specie distinguuntur: ergo rationales animę specie distinguunt̃: qđ est remotum alijs locis.

Preterea arguit Auerrois: si intellectus esset numeratus sm numerationē corpoꝝ: tũc esset aliquid in potētia intellectũ solũ: ꝛ tunc a quo fiet actu intellectũ qręro: vel a seipso: ꝛ sic idē esset mouēs ꝛ motũ diuersoꝝ generũ. Uel ab altero qđ fingi nō pōt. ℂ Adhuc si intellectiua aĩa esset numerata per corpora. ergo esset hoc aliquid ꝛ indiuiduus essentialr: ꝛ si sic oĩa recepta in ea eēnt hoc aliquid ꝛ indiuiduũ: ꝛ sic reciperet particulariter ꝛ signate vt sensus: quę omnia sunt impossibilia.

Rursum si intellectus essent numerati in diuersis hominibus: tunc in rebus intellectis esset iter infinitus: qꝛ intellecta mea a tuis numero discreta sunt ꝛ cōgruũt spe. g̃ ptingit abstrahere vnã formã ab eis. Adhuc cũ intells possit abstrahere oẽ cōe ab oĩ posteriori: ꝛ tunc iterũ id abstractũ erit numero diuersũ a tuo ꝛ a meo ꝛ cōueniens spe: ꝛ sic vt pus abstrahet̃ qdditas ꝛ sic iterabitur ad infinitũ. ℂ Iterũ si intells esset numeratus: tũc esset in mã diuersa p diuersaꝫ dispōnē: tũc sic idē est pn^m essendi ꝛ agendi vel patiēdi: sed pn^m saltē dispositiuũ essendi intellectus in corpe: est dispositio mãlis: g̃ saltē duꝫ est in corpe sꝫ exigētiã illius dispōnis opabit̃: ꝛ sic cũ illa dispositio sit certi gñis intells nō nisi certũ gen⁹ entiũ cognosceret: cuius cōtrariũ Aristo. accepit ꝙ intells possibilis omnia est fieri agens oĩa facere. ℂ Adhuc Auerrois arguit in lib. des. des. disputatione pma in sol. dubij .7. ꝛ inquit: rursũ ipossibile est apud omnes phos iuenire aliqđ ĩfinitũ in actu: sꝫ hoc sit

corporeũ: siue incorporeũ: ꝛ nullus sapientũ põt intelligere talia nisi videt differẽtiaꝫ iter situalia ꝛ indissitualia: nisi Auicẽna. maxie qꝛ sequeret̃ ex hoc error ꝙ infinitũ reciperet magis ꝛ minus: ꝛ totũ eẽt sil' parti: ꝛ hęc rõ maxie tenet si tenet̃ apud Aristo. mundũ esse ęternũ a pte post: ꝛ rõnales aĩas remanere diuersas: ꝛ per hoc apparet qualr mendax fuit nouus expositor cũ dixit hoc argumẽtũ nõ esse excitatũ: nec ab Aristo. nec ab Auerroi: ꝓpter qd̃ Aristo. ipõnit ꝯtradictionẽ: ecce quõ Auer. fecit ipsuꝫ ad vbũ. ¶ Amplius rõnalis aĩa est supra tpꝰ: vt ꝓculus testat̃ ꝛ auctor de causis: sed tẽpus põt esse in oĩbus rebus tẽporalibus vnuꝫ numero. ergo rõnalis aĩa: cũ sit virtuosior ꝛ abstractior põt esse in oĩbus hoĩbus. ¶ Itẽ nulla forma actu intellecta est numerata ꝓpter corpa ꝛ materias: sed intell's sortis ꝛ Platonis sunt intellecta actu: cuꝫ intelligant essentias suas reflectendo: vt Aristo. dicit. ergo non sunt numerati per numerum corporum.

Ultima ratio si intell's esset numeratus: tũc scia esset qualitas actiua: cõsequẽs est ipossibile: ideo ꝛ intell's erit vnus nũo: ꝛ hęc qdẽ rõ est Themistij origialr.

¶ Caput 25m: in quo inducunt̃ q. cõtra Auerroim.

Inducuntur qõnes aduersus Auerroim: quas ego sępe sepius cõsueui opponere: vt igit̃ videat̃ eius positio tantũ quãtũ põt: pmo inducã qõnes: ꝛ ex solonibus eaꝝ declarabit̃ plus Auerrois positio: postmodũ inducemus alibi demõstrationes firmas cõtra eum: erit ergo pma ambiguitas: qm̃ oẽ indiuiduũ vnũ numero est hoc: si igit̃ rõnalis aĩa est vna numero oĩum: ğ erit hoc indiuiduũ: ꝛ si sic: ergo erit in mã: ꝛ per ꝯñs gñabilis ac corruptibilis: maior pꝫ: qm̃ oẽ vnũ numero est vnuꝫ de numero. ğ oẽ vnũ numero est hoc indiuiduũ: ꝛ ideo dicit Auer. pmo meta. cõmẽ. 40. causa eniꝫ iteratiõis eorũdẽ numeroꝝ est iteratio vnius numeralis: ꝛ vnũ qd̃ est imateriale nõ iterat̃ ſm indiuiduũ. ¶ Amplius vel est rõnalis aĩa vna numero ꝛ indiuidua puatione vel positione: si puatione: tũc erit mã pma: qd̃ Auerrois refellit in 3o de aĩa magna digressione ꝛ alibi. Si positione. ergo erit forma materialis: vt Auerrois dicit. 12. meta. cõmẽto. 14. ¶ Rursum Auerrois pmo meta. cõmẽto. 31. inquit vnũ enim numero nõ inuenit̃ in pluribꝰ: sed rõnalis aĩa est in pluribus apud oẽs: ergo nõ est vna numero. ¶ Altera q. est Auerrois: qm̃ eo dato seqt̃ ꝙ tu intelligeres ꝑ itelligere meum: ꝛ ego per tuũ: ꝛ tu esses per esse meum: ꝛ ego per tuum: ꝛ alia enumerata in tertio de anima.

Rursum sequeret̃ ꝙ vna ꝛ eadẽ forma numero simpliciter suscipiat duos actꝰ oppositos: ꝛ numero ꝛ spe diuersos: adeo ꝙ vni duo ꝯtraria essent vera: ꝛ sic duę opiones oppositę essent in eodẽ: qd̃ Aristo. displicet quarto sapiẽtię. Et maxie: cũ Auer. dicat. 12. meta. cõm. 18. ꝙ ipoẽ est a pmo pnꝰ ꝓuenire effectꝰ ꝯrios imediate. ergo multo minus pñt recipi in vno nũero subto. ¶ Tertia q. declaratũ est in nãli pħia ꝙ corpoꝝ: quoꝝ pma pfectio est vna numero in specie: ꝛ suba sepata nõ põt eẽ plus vno in specie. ğ cũ hoĩs pma pfectio sit vna numero: ğ erit ꝛ vnus numero hõ tm̃. ¶ Multas alias q. tangit Io. quas in suꝰstentatione huiꝰ põnis recte psoluit: ꝛ tu vide eas. ¶ Post hęc alij viri magni arguũt: cõpositũ nõ est hoc diuersuꝫ ab altero nisi ꝑ formã indiuidualẽ diuisaꝫ a forma alterius cõpositi eiusdẽ spẽi: cũ igit̃ hoĩs forma ꝛ pfectio sit intell's nõ erit hic diuersus ab altero nisi discrimine intellectus.

Rursum si intell's nõ numerat̃ hoĩuꝫ numeratione: sequit̃ ꝙ aliqd̃ erit indiuiduũ ex gñe ꝛ non ex dĩa ita ꝙ erit sortes a Platone alter diuersus: ꝛ nõ erit sor. homo indiuiduatus diuersus a Platone: consequentia perspicua est: qꝛ si differẽtia animalis est rõnale: ꝛ intell's vnus oĩum: vt dicis: tunc sequit̃: vt genus in hoc hoĩe indiuiduatũ sit aliud numero: ꝛ dĩa nõ est indiuiduata.

¶ Caput 26m: in quo persoluuntur hę quęstiones aduersus Auerroim.

Nolo vt quispiam credat nos impugnare positiones Auerrois his argumentis: cuꝫ hęc diuulgata sint oĩbusqꝫ palam: habemꝰ eniꝫ argumẽta aduersus hũc demonstratiua: ꝛ ideo opꝫ pmo ostẽdere argumenta hęc nihil facere ꝯ eũ: quo fit vt melius errorẽ hũc pessimũ remoueamus a mẽtibꝰ hoĩuꝫ posteriori capite. Ut igit̃ videat̃ quo pacto Auerrois rõnalẽ aĩam seu virtutẽ rõnaleꝫ posuerit vnaꝫ: a multis ꝛ a nobis dĩa magna sit inter intellectũ ꝛ aĩam: sunt eniꝫ hoĩuꝫ aĩę plures: intell's vnus numero: hoc aũt declarat̃ ꝑ sile: qm̃ eniꝫ sorꝰ hoĩs: quę est qdditas cõis sorti ꝛ Platoni ꝛ alijs: a mẽte separat̃ a nã mãę ꝛ ab appendicijs mãlibꝰ: ꝓculdubio est vna numero ꝛ vna specie: ſm eniꝫ ꝙ est abstracta a mã: ꝛ cõditionibꝰ mãę remouet̃ a causis faciẽtibꝰ eã multã: ꝛ cũ remouet̃ a multitudine fit vna. ğ relinquit̃ vna numero: puatione causarũ facientiũ eã diuersaꝫ nũero: quẽadmodũ nã ęterna sit ęterna priuatione cãꝝ facientiũ eaꝫ corruptibilẽ: ꝛ h. d. Auer. pmo meta. cõmẽ. 40. intellectũ. n. aialis non inuenit̃ plus vno: est ꝯo vna spẽ: qm̃ nõ est abstracta essentialr ꝛ ꝑ se ab indiuiduis mãlibꝰ: sed per menteꝫ: ꝛ inde fit vt actu ꝑticipetur a multis: ꝛ si in mẽte sit vnũ numero itellectũ: in re ꝯo plures est ſm subiecta. ğ si ꝯtingeret humanitatẽ: quę hoĩs est qdditas: separatã esse essentialr ab indiuiduis: ꝛ nullo mõ eis cõem: nec ab eis abstracta ꝓculdubio solũ ꝛ simplr eẽt vna numero ꝑ essentiã: ꝛ sic Plato ponit ideã hoĩs vnã numero ꝑ essentiã: qm̃ eaꝫ essentialr ponit separatã ab indiuiduis. ¶ Tũc ex hoc perspicue apud istius mentẽ relinquitur: quo pacto intell's vnus est numero oĩbꝰ: nõ. n. sicut qdditas hoĩs. s. humanitas: vt mens aufert eaꝫ a materijs: sed eo pacto si qdditas esset essentialr sine mã: sicut Plato posuit: ꝛ sic est vna numero simplr. ¶ Qd̃ ꝯo intell's sit essentialiter separatus Auerrois ꝯfirmauit ex hoc: qm̃ est actu intellectũ cũ ad intellectionẽ sui mens non auferat vtic ab intellectibus: sed ipse se intelligit absqꝫ eo ꝙ mens aliqua abstrahat eũ. ¶ Et qꝛ intell's est separatus essentialr ꝛ intellectũ actu ꝑppiaꝫ a se: ꝓculdubio apud ipsuꝫ est sua species: ꝛ sic vnũ numero hoc pacto coincidit cũ vno i spẽ: intellectus eniꝫ apud eũ vnus est numero: sed nõ ita vnũ numero: vt distinguit̃ ꝯtra spẽꝫ: imo nã intell's tametsi ponat̃ vna numero: tñ illa nã est spẽs: sed qꝛ est abstracta ꝑ essentiã: ideo est spẽs simplr Atoma ac incõmunicabilis: ꝛ ideo recte dicunt latini: ꝙ accidit spẽi pdicari de pluribus: qm̃ spẽs inquãtũ spẽs nõ prędicat̃ nisi ꝓut est in pluribus: est ꝯo in pluribus ꝓut numerat̃ per mãs. si igit̃ est aliqua nã essentialr abstracta a mã: illa erit simplr indiuidua ꝛ spẽs sua tñ Atoma nullis cõis. ¶ Ex his sequit̃ apud ipsuꝫ ꝙ intell's nec est vnus numero indiuiduo: nec plures nũero: quẽadmodũ lapis: nec cecus est: nec vidẽs: qm̃ nõ hꝫ nãm natã disponi aliquo eoꝝ: sic intell's: cũ nõ sit de nã eoꝝ quorũ est hic numerũ ꝛ indiuiduum aliqd̃: nec ꝓprie vnus est numero nec plures nũo: si. n. forma liberata a mã est ipsa sua spẽs: ꝛ nõ habẽs suã spẽꝫ: ꝛ si ista spẽs nõ est qd indiuiduatũ: nec forma liberata a mã: qꝛ si esset qdpiã indiuiduatuꝫ: nõ esset sua spẽs. sed habẽs eã: cũ igit̃ nõ sit vnus nũo indiuiduũ: erit pfecto vnum qdpiã: sicut vna spẽs: ꝛ sic nec vnũ numero indiuiduũ: nec plura nũero indiuidua ꝓprie intell's est. ¶ Sed obijciet sophista spẽs vna numero spẽs est: ꝛ plura nũo idiuidua: intell's est vnus numero spe. ergo intell's est plures nũo indiuidua. ¶ Hoc nõ vaget tametsi intellectus

intellectus nõ sit vnus indiuiduus numero:nec plura indi
uidua nũo:qm̃ nõ est idiuiduũ:est tñ vna nũo nã in spe dif
ferẽs in hoc a nã spẽi abstracta p mẽtẽ:q̃ illa est vna nũo
spẽs:est tñ plures idiuiduo qz actu est in illis sm̃ eẽ:z iõ
si dareẽ nã cõis:quę sm̃ essentiam nõ est in mã ista nõ est
vna nũo indiuidua:sz bñ vna nũo nã in spe:cõis tñ sm̃ se:
z hoc pacto apud Auerroiz est itells:quo igiẽ pacto intells
sit vnus nũero colligere liquet ex his.℄ Sed qz dictũ est
intellectũ esse vnũ nũo in spe intells:z nõ idiuiduũ vnum
nũo:est eniz rõnalis aia vna nũo:tametsi hoc superiori tra
ctatu sit dictũ:nũc vt ꝓposito deseruit posset dici:q̃ queãd
modũ colũna simplr z in sba est vna nũo ac plures deno
minatione diuersis.s.habitudinib⁹ ad diuersa aialia:nulla
illaꝝ accidẽte ei sed aialib⁹:ita intells dicẽ aia habitudie.s.
accidente corpi:differt ĝ intells ab aia:qm̃ intells a corpe
soluiẽ ac ꝓcul a mã est:aia tametsi a corpore sm̃ esse solua
tur:qz dĩ aia ab animãdo:respectuz cointelligit ad corpus:
verũ respectus ille nõ accidit intellectui:sed corpi:queãd
modũ deus dĩ agẽs respectu accite in re acta:z colũna de
xtra dextreitate accidẽte aiali:sic intells dĩ aia aiatione ac
cidente in corpe:z qm̃ diuersa sunt corpa nũo:gbus intells
põt ↄtinuari sm̃ intelligere:ideo z habitudines aiationum
sunt diuerse:z sic dici pñt plures aię:vnus tñ intells:z hoc
Auerrois dicit in libro.des.des.disputatione ꝓma in sol.23.
z octaui:z ĩ exposui tractatu habito capite.14°:z tu vide.
Quo igiẽ pacto intells vnus:z quo aię plures apud Auer
roim his pz.Tunc ad ꝓmã.q.dicemus apud ipsũz q̃ intel
lectus:nec est vnus nũo indiuiduus intells:nec plures nu
mero:sed bñ vnus nũo intells:q̃ coincidit cũ vna nũo spe:
z cũ dĩ q̃ est vnus de nũo:cõcedo de nũo in idẽ incidẽtiũ
cũ spe:nõ enim intells est vnus nũo sicut sortes z Plato:sz
sicut nã humana abstracta est vna nũero.℄ Ad aliud eius
dẽ.q.dõm q̃ est vna nũo nã positione:nõ tñ vna nũo indi
uidua:nec plura nũo indiuidua:cũ nõ sit gdpiã indiuiduũ:
z sic nõ segẽ q̃ sit mã aut indiuiduũ cõpositum.℄ Ad 3ᵐ
eiusdẽ dõm q̃ Auerrois logẽ de vno nũo indiuiduo:z nõ
de vna nũo spe:vel si intelligiẽ simplr debet intelligi non
inueniẽ in pluribus oppositis suę vnitati:nam vnũ nume
ro indiuiduũ nõ inueniẽ pluribus numero idiuiduis:nec
vna numero nã pluribus numero naturis.

Ad secundam quęstionẽ Suggerius vir grauis
sectę Auerroisticę fautor etate ex
positoris discipulus Alberti:persoluit in suo de intellectu
tractatu:z imaginaẽ q̃ intells est ęternus:z nã humana est
ęterna:z q̃ intells nõ est forma sortis aut Platonis:nisi p
copulationẽ intẽtionũ imaginataꝝ sm̃ Auerroim:esz ꝓ
z p se for⁹ z actus nãę humanę:z p accñs actus z perfectio
sm̃ postremã pfectionẽ sortis z Platonis z alioꝝ:z sic itel
lectus erit ꝓ⁹ pfectio hoie:z actus sm̃ ꝓmã pfectionẽ hois:
alioꝝ ꝯo.s.sortis z Platonis actus sm̃ postremã z vltimã
pfectionẽ:z qz postremę pfectiones sũt nũeratę:iõ nõ segẽ
q̃ ego intelligã per tuũ z tu p meũ itelligere.Sz pace tãti
viri hęc vĩ m̃sio ↄ Auerroim quẽ tñ magnifacit:z ↄ ipm
Auerroiz gdẽ:qm̃ nãę hũanę nihil rñdet sm̃ Auerroiz nisi
actu idiuiduũ:po⁹ ꝯo vlt:vt ipsemet ingt:igiẽ itells est ꝓ⁹
pfectio singulariũ actu:po⁹ ꝯo vltiũ:z sic erit indiuiduus
actu z nũerat⁹:cui⁹ oppo^m dicit Auerrois.Amplĩ⁹,si postre
ma pfectio est nũerata vt dicit:ĝ erũt plures z idiuiduę p
fectiones postremę:ĝ licz abstrahere adhuc vnã gdditatẽ
cõez:z sic ibiẽ in ifinitũ:vt Auerrois arguit z ipse dicit.Iõ
Auerrois diceret:q̃ itellectio vna nũo est in oĩb⁹ vno mõ:
z plures altero mõ.est gdẽ vna:qm̃ id quo hõ itelligit.s.in
tellectu est vnũ:est ꝯo plures:p accñs:rõne itentionũ ima
ginataꝝ:cũ gb⁹ res itellecta coincidit.V.g.intellectuz lapi
dis in me z in te:est vnũ in se:sz qm̃ diuersa indiuidua cogi
tata ad diuersos hoies ↄtinuanẽ:p tãto diuersaẽ:z iõ intel
ligere meũ nõ est tuũ:z stat te intelligere z me nõ intelligẽ
te.℄ Ad 2ᵐ eiusdẽ.q.dicit gdã vir q̃ nõ incõuenit q̃ opi
niones diuersę suscipianẽ in vno nũo:qm̃ id est vnũ nũo in
spe:quę.n.diuelluntẽ in infimis colliguntẽ in supremis:queã
admodũ deus tametsi sit vnus nũo:qm̃ tñ valet dc⁹ ↄuĩ
infiniti dij si essent ꝓculdubio põt imediate in oppositos
z disperatos effectus.Aris.aũt reputat ipoẽ opiones oppo
sitas esse in intellectu ꝓut vni tñ est ↄiunctus.℄ Uel dõm
vt posteri⁹ tangeẽ ↄñtiã esse declinãdã:qm̃ opio ex ꝓposi
tionib⁹ z syllis ediẽ:sz itells in se ꝓpõnes nec syllogismos
inuenẽ:tñ enim simplicia ↄspicit:circa quę nõ est error:at
ꝯo diuersi hoies hñt diuersas opiones:quę nõ sũt in itelle
ctu:nisi tanq̃ in radice:z vlr ꝓ quãto scilz in eo sunt Sim
plicia intellecta:quę cogitatiua põt male vel bene cõpone
re:quo intellectus applicabitur:qñqz sm̃ falsam opinionẽ
quandoqz sm̃ veram.

Ad tertiam eiusdẽ dicit Suggeri⁹ q̃ maior est ve
ra respectu corpis cuius ꝓmo z p se est
ꝓma pfectio:mõ intells est ꝓma pfectio hois:ꝓmo z p se:z
ideo nã hois est vna nũo nã respectu corpoꝝ:quoꝝ est po
strema pfectio nõ opz.℄ Uel dicas maiorẽ esse veraz:qm̃
ad ꝓmã pfectionẽ segẽ corpus sm̃ esse:qualr est in orbib⁹
z nõ in oĩb⁹:orbis eniz cũ esse suũ cõsistat in mouere:ideo
vnus nũo est sicut z motor:sed esse hois nõ ↄsistit in intel
ligere.℄ Et per hoc soluiẽ.q.altera:qm̃ intells nõ est forã
hois sm̃ ꝓmã pfectionẽ:sed scdaz sed hõ est hõ sm̃ ꝓmam
perfectionẽ per cogitatiuam apud Auerroim:sm̃ Themi.
z Theophrastum per intellectum cõmunem:z ille est nu
meratus sm̃ indiuidua.

Ad vltimam pz sol.supponit eniz arg^m hoiez esse
hoiez per itellectũ:qõ Auerrois nõ
cõcedit nisi sm̃ postremã pfectionẽ:sm̃ ꝓmã est vt dictuz
est.Hęc sunt:quę possunt dici in sustentatione hui⁹ põnis.

℄ Caput 27ᵐ:in quo destruiẽ positio Auerrois.

SEd nescio profecto quid est qõ mouit
Auerroiz The.z alios istũ
errorẽ pessimũ asseuerare.Aristo.eniz auctori
tas nõ:argumentoꝝ firmitas minime:famosi
tas opinãtiũ nec:experiẽtia nequaq̃:q̃ gdem
Aristo.auctoritas nõ:facile ex hoc ꝓspiciẽ petẽdo an Aris.
totã aię nãm ac eẽntiã z opera sciuit:si rñdebũt eũ sciuisse:
interrogabimus denuo:cur nõ apte id dixit sicut alia mul
ta de gbus nulla est dubitatio.Si rñdebunt Aristo.nõ exti
mare se illã scire:interrogabo rursuz:quę tandẽ hoiuz isto
ruz amentia sit velle ex eius mente gd sit inuenire eius qõ
ipsuz hęc nescisse extiment.℄ Deinde dici põt qõ ꝓpheta
in excessu mẽtis dixit ois hõ mendax.Si igiẽ hoc verũ est
in oĩb⁹ hoib⁹:multo magis de grecis:quoꝝ peculiare atqz
domesticũ vitium est mẽtiri:queãdmodũ poeta ingt:z cri
mine ab vno disce oẽs:z sapiẽtissim⁹ Paulus:cretenses sp
mẽdaces zc̃.℄ Qõ aũt nõ argumẽtoꝝ firmitas hoc ꝓfe
cto declarabiẽ:qñ illa ꝓsoluem⁹:stultũ est.n.ac verecũdum
ꝓbo destruere leges:in gb⁹ bonũ moris maxie laudaẽ:ar
gumẽtis:quę paꝝ exercit⁹ in nãli ꝓhia absolueret.Qõ nec
famositas opinãtiũ pz:famosuz est.n.p oẽs leges:z oẽs ho
mines cuiusuis sectę:rõnales aias plurificatas esse:z qõ est
famosuz oĩb⁹ vĩ eẽ ↄris nãm:nã.n.in hoc ab arte discrepat
q̃ in oĩb⁹ est vno mõ:z ars in oĩb⁹vel pluribꝰ:z qõ est a nã
ipoẽ est vt sit falsuz z remotũ:cuz nã z deus semꝑ faciant
qõ meli⁹.℄ Est ẽt apud sapiẽtiores ĩ maxie approbatuz:
queãdmodũ Ioã.dicit:post hęc vidi turbã magnã:quã di
numerare nemo poterat:erat aũt turba illa aiaꝝ a corpib⁹
exutarũ.℄ Hoc z Aug.ↄ Felicianũ testaẽ.Idem Moses
testis doctissim⁹:Paulus idẽ:Dionysi⁹ Areopagita:Basili⁹

Damas. Gregorius Nicenus: & oēs theologi nostri.

Amplius id nō dubitarunt Egyptij gimnosophiste druide assyrij galli magi: quorum caput fuit Zoroastres: Babilonij Caldei Hebrei ac magna ps gręcorum. ¶ Itē id & Pythagorici. Pythagoras.n. vt Hermipp⁹ refert plurima de mosayca lege in suam phiam transtulit. ¶ Pręterea & oēs Platonici (quicquid dicat Tho.) vt Ammonius, Origenes, Herēni⁹, Plotinus, Porphyri⁹, Calcidius, Proculus, Iamblic⁹, Sirian⁹ & oēs alij: vñ & Numeni⁹ refert nō aliud esse Platonē: q̄ atticum Mosem. ¶ Post hęc & magna ps arabū: vt Auicē. Algazel, Constabel, Auemasar, Auenatan: & alij multi q positionē hāc fictionē: & vetularū parabolaz dicunt. Taceo aūt latinos: qui manifesti sunt & pręcipui: quales sūt Lyncoliēsis grossa testa in lib. de luce: & lumine. Boetius vir grauis, Albertus, Thomas, Egidius: & alij fere infiniti: q argumētis efficacib⁹ 𝔠 pōnez hāc pugnant. ¶ Qd̄ deniqz neqz experiētia: id pfecto palam. Docet.n. & nos 𝔠triū ipsa experiētia: pma.n. fuit illa mulieris ad Saul: cui mulier dixit deos vidi ascēdētes de terra inter quos vir senex ascēdit & ipse amictus est pallio: q bus verbis pcepit Saul: eū senē Samuelē eē: ob qd̄ faciē suam declinās adorauit &c. & quo pacto saluari potes bone vir hāc mulieris euidētiā per vnicū intellectū tuū. ¶ Itez attende: quę dñs dixit: cū inspexisset Manassis delicta: q fecit Manasses rex iuda abominatiōes istas pessimas super oia: quę fecerūt amorrei ante eū & peccare ēt fecit iudā: in immundicijs suis: propterea hęc dicit dñs israel: ecce ego inducā mala sup Hierusalē & Iudā: vt quicūqz audierit tinniant ambę aures eius: extendā sup Hierusalē funiculū samarię & pōdus domus Achab: & delebo Hierusalē sicut deleri solent tabulę: delens vertā & ducā crebrius stilū sup faciē eius: dimittā vo reliquias hereditatis meę: & tradā eas in manus inimicorum eius & alia multa proponit facere: dic mihi heu stolide potes ne tu hanc experiētiā inuenire pro tua opione: & si inuenies dabo pro te aurū. Taceo aūt alias q̄ plures & singulares: quas ille summus Theologus Petrus Barrocius: patauinę vrbis dignissimus antistes ingt in lib. suo: quez de rōne bene moriēdi inscripsit: quia superfluū puto: id aūt vnū dicaz experiētias illas ita in fidei nostre firmitatē adaugere: vt quilz quiuis hō assentire d̄beat. ¶ Pōt ergo id recte enumerari de his: pposui in animo meo quęrere & inuestigare sapiēter de oīb⁹: quę sunt sub sole: hanc occupationē pessimaz dedit deus filijs hoium: vt occuparent in ea pp qd̄ recte subdit: in multa sapiētia multa est indignatio: & q addit sciāz addit & laborē: amplius &, id recte facit ad istos: mundū tradidit disputationi eorum: vt nō inueniat hō opus qd̄ operatus est de⁹ ab initio vsqz ad finē: ad qd ergo necesse est hoi maiora se quęrere: cū ignoret qd 𝔠ducat sibi in vita sua: numero dierū peregrinationis suę. Taceant ergo hi qui dicūt verba latinorum phiaz nō sapere: & positionē eorum eē & fm phiaz & fm Aristotelis mētez. Immo vī q eorum positio nec phiaz sapiat nec ordies & pn⁹ nālia admittat: vt ostēdā capite sequenti.

¶ Caput 28m: in quo inducunt argumenta cōtra Auerrois quędā ex pręceptis philosophię.

Quod autem positio eorum phiam non sapiat: & pōt certe sciri: si ea quę in phia pręcipiunt reducant ad memoriā: fuit.n. in phia morali id pcipuū pceptuz ac sublime: vt oēs deum orent: inquit.n. Plato in Timęo: oēs q mētis quoquo mō cōpotes sūt in opis cuiuslibet vel magni vel parui pn⁹ inuocare deū soleāt &c. Itez & Porphyrius ingt: cū de⁹ nobis puideat: ac res nostre possint alr se hēc: certe p rez nrarū vsu vult adoram⁹. vz. si boni simus: sic eniz vtpote similes facti deo ppius 𝔠iungemur: in qua qdē cōiunctione adorationis vis tota 𝔠sistit: nempe cū dei filij simus: sz ab eo q̄si in exilio & carcere segregati: suppliciter adorare decet: quo hinc liberati reuertamur ad prez: & reliqua. ¶ Testat aūt & hoc Porphyrius: cū inquit. compertū vo habem⁹ excellētissimos quosqz apud oēs gētes sapia viros diuinis potissimū votis incubuisse: pcipue indorum brachmanas: psarū magos: gręcorum theologos: caldeos aūt & aliud qddā adorauisse: ipsaz.n. superū vtutē appellātes deū vno h noie venerati sūt. Pręterea Iamblic⁹ Porphyrij discipulus, Proculusqz Iāblici auditor viri grauies: in Platonicaqz secta nō parū exercitati: deū orandū sūmis argumētis affirmarūt: qb⁹ magnus Theodorus addit: si qs nās rerum diligēti⁹ explorauerit inuēturū nō aias tm̄ atqz mētes: sz q̄dāmō oia excepto p adorare atqz vouere.

Amplius cultū honorē ac orōnē deo ęēs exposuit Aristo. eē exhibēda: vt in magnorum moralium libris docuit: vñ & Plato de legibus libro dicit nisi diuina puidētia atqz cognatiōe diuinū cultū religionēqz susceperit hauo hō erit miserior. Taceo arabes iter quos Auic. 10. tractatu suę sapię cultū dei vtilitatēqz illi⁹ in h mūdo & futuro luculēter exposuit. Ampli⁹ & Alg. Cōstabel: & alij pcipui: q deū nō tm̄ venerari: sz orari pcipiūt: & h qdez est cōe oīb⁹ gētib⁹: & q̄si a nā cōe: ac in bonū datū eis. ¶ Qd̄ si ita est dic mihi bone vir ad qd totū hoc: si vnicus erit intellectus oium: oia eniz ęqualia erūt toti vniuersitati: quēadmodum vni. Ad qd tot pces voces 𝔠tinue orōnes vota flagella religiones legis 𝔠stitutiōes ordines nāles & tot quot videm⁹.

Pręterea alationē in rebus deū souere & maxie in nobis testant sapiētes: ingt eniz Aris. in lib⁹ de mūdo (antiquus qdem q̄ qdā sermo & paternus est cunctis hoib⁹ q a deo oia & p deū 𝔠sistāt: nulla.n. nā per se sufficit sibi p̄uata salute: quę ex eo est: q̄obrē & qdā antiquorum moti sunt q hęc oia plena sūt dijs: & quę p oculos imaginata sūt a nobis: & ea q̄ p audiū & p oēz sensuz: diuine qdē virtuti 𝔠gruā deponētes rōnē: nō aūt subę: est.n. reuera saluator & genitor oiuz de⁹: quęcūqz quocūqz fuerint mota: in hoc mūdo: nō ęqdē sustinēs alalis p se opantis & laboriosi laborē: sed vtēs infatigabili virtute: q̄ & lōge visa fere egreditur) ecce Aristo. quā aperte salutē nostrā esse nostrā vitam nostrū deniqz omne bonū ex deo effluere inquit.

Amplius & in de legibus Plato inquit hoiem inter aialia miraculū esse diuinū: quēadmoduz & Mercuri⁹ ait miraculū ingēs hoiez eē: & vt Timęus docet a deo qdē opifice mūdi rōnalis aię subaz ipsaz accepimus: a dijs aūt cęteris nām quēdā vitalē rōne inferiorez: a demonib⁹ deniqz corpa. Addit & hīc Pla. hoiez a dijs qdpiā effectū esse ludo vel studio: quia si aia semp a cęlestib⁹ ad terrena: atqz vicissim semp ludēdo trāsmigrans: nunq̄ imutabili apud deū sede qescat: pculdubio ludo opus censetur dei: si vo mō penes effectores deos: mō penes effectorē deū animus qñqz sit imobilr pmansurus: factū erit studio: sed quocūqz mō sit hoiez pculdubio miraculū grande ac opus diuinū eē qs est: q nesciat. ¶ Si igit Aristo. vlem actionē nō tātū in nobis: sed vlr in oīb⁹ 𝔠cedit: Plato & alij & spāle miraculū hoiez esse testant (dic mi tu) quę dei actio ac qd dei miraculi erit si vnicus est intellectus omnium.

Rursuz lex destruet diuina quā oēs sapiētes magnopere cōlaudant eamqz ex deo testat esse Plato in pncipio de legibus. o. deuz ne an aliquē hoiez. o. hospites condendarum legū causaz extimatis: cui clinia respondit deū. o. hospes: deuz inqs: vt decet asserere apud nos qdem Iouem: apud lacędemonios aūt vñ hic est apolinez dicturos istos existimo &c. deū nāqz nō tm̄ legū auctorē testat: sed finē: ac oium legū finem docet allegorice cultum deorum esse: ac humanas res ait pręsertim publicas nō posse absqz

diuino

diuino patrocinio recte confici. Et Auicēna sapiētissimus arabū īngt in .10. tractatū suę sapiētię de ,pphetа loquens: cum aūt fuerit hō propheta: oportebit vt instituat hoībus iura in negocijs eorū ꝑcepto dei: ⁊ auxilio: ⁊ inspiratione eius: ⁊ reuelatiōe sancti spūs: ⁊ vt pmū fundamētū eius qđ instituit sit hoc .s. vt assignet eis ꝙ vnū ꝫ hīt factorē: oīpotētem scientē occultū ⁊ manifestū ⁊ ꝙ de iure eius est vt obediatur ꝑceptis ei⁹: opꝫ enīꝫ vt vnusq̄sqꝫ obediat mandatis eius cui⁹ est creatura: ⁊ ꝙ obediētib⁹ sibi iā ꝑparauit pmissionem felicē: ⁊ inobediētibus pmissionē terribilē ⁊c.

Amplius ⁊ Plato in libro de regno īngt: quemadmodum bestię nequeunt a bestia feliciter sine homine duci ita neqꝫ hoīes ab homine sine deo. Et in Protagora dicit non potuisse hoīes simul viuere absqꝫ lege: neqꝫ legē ad hoc sufficientē accipere a Prometheo: sed Iouēꝫ ipm oīum creatorē ad homines vna cū lege misisse Mercuriuꝫ diuinę volūtatis interp̄tem: ⁊ legis tam diuinę q̄ humanę latorē. Et hoc idem Plotinus ꝯfirmauit sępe ac sępius. Taceo aūt Aristo. ꝑceptum in his in politicis ꝯscriptum: quē superfluit dicere qđ oībus palaꝫ. Qđ autēꝫ hō lex destruat̄ vnitate animi posita ac ꝯcessa in meipso experior ⁊ glibet in se: ad quid enīꝫ religio ac lex: si eaꝫ obseruare vel aliter nihil plus vel minus mihi q̄ bestijs: ꝓpter qđ recte Aristo. homo separat⁹ a lege pessimū est animaliū. ❡ Et breuiter: vt Algaçel testat̄: hac positione ꝯcessa oīum legum radices euellunt̄ sectarūq̄ stipites dissipantur. Prophetarū verba ac diuinarū scripturarū sententię liniūtur oīum deniqꝫ fidelium spēs totaliter aufertur. ❡ Quo fit vt sermo meus ꝯtinuus quē auditorib⁹ meis ꝯtinue ꝑdico verificet̄ .s. ꝙ si Auerro. positio ēēt: vt dicit ꝓculdubio nullū animal infelicius eēt me ac quo vis homine: cum qua sentētia Ficinum nostrū inueni nobiscum vna ꝯcordem: ⁊ ita fit ꝟ ex his inducere. ❡ Qđ quidem igitur positio Auer. pħię ꝑceptis obsistat ꝓ tot ⁊ alia plura quę sapientis iudicio reliqui perspicue constat.

❡ Caput 29ᵐ. in quo explicant̄ duę rōnes eadē radice naturales aduersus Auer.

Et quia positio hęc non tm̄ ꝑcepta naturalis sciētię destruit: sed principia eius: ideo cum ipsaꝫ destruere ꝑcepta naturalis scientię declarauimus: tunc ipsaꝫ contradicere ꝓpositionibus naturalis pħię ostendemus. est igitur vna ꝓpositio ꝯfessa oībus ꝙ motor vnus nūero in vno tēpore nō vtitur nisi vno tm̄ moto ac instrumēto sibi sufficiēter adęquato: hęc ꝓpositio manifesta est: tum in exēplis nālibus: vt in motorib⁹ corporū cęlestium: tum in arte: vt vnus nauta pro vno tēpore non vtitur nisi vna naui tm̄. Et dixi notāter (instrumēto ⁊ moto sibi adęquato) qm̄ non est remotū: vt agens vtat̄ duob⁹ instrumētis inadęquatis: vt in exēplis constat multis: ⁊ eodē pacto addidi (in vno tēpore) qm̄ diuersis tēporibus ⁊ successiue id nihil ꝓhibet. Est ergo ꝓpositio ꝯfessa oībus: nullus motor vnus nūero in vno tpe vtitur plus vno instr̄o sibi adęquato. ❡ Tūc accipio ꝓpōnem eius: sed intell's vtit̄ plus vno instr̄o ac moto sibi adęquato: ergo in 2ᵃ figura intellectus nō est vnus numero oībus illis: minor est manifesta: vnus .n. homo numero est ita adęquatū instr̄m intellectui: sicut infiniti: qm̄ oēm opationē polem intell's pōt exercere in vno numero hoīe tm̄: intell's enīꝫ opatio 2ᵃ: vt in vno homine ꝑficitur perspicuū est. vt ēt in eodē tēpore ⁊ opatio pma ꝯstat: ergo vnus homo nūero est adęquatū instr̄m ipsi intellectui pro oī eius opere in vno tpe: ⁊ sic relinquit̄ intell's esse numeratos. Et lꝫ hoc argumētū tetigit Auer. in lib. de anima: attamē si formabit̄ hoc pacto solones cōes sunt leues: ⁊ argumētū est demonstratiuū penitus.

Et si hic modus sit verus:pōt tū subtili⁹ dici:ergo quēadmodū cōpositū ex mā et vltimo actu:oibus alijs formis intermedijs:est vnū nūo.v.g.cōpositū ex corpe equi et forma eq:oib⁹ alijs intermedijs ibi inclusis.s.forma subę corpis aialis et c.vt docet Auer.p.meta.sic ꝯgregatū ex intellectu potētię et intelligibilib⁹ ordinatis illo mō

erit vnus numero intellectus speculatiuus:dico vnus nu-
mero:sicut est in formis abstractis:scilz cuius indiuiduum
& esse idē est. Non tñ est vnū numero cōpositione phyca &
hac demfata:sed cōpōne intētionali & vli:& iō firmior ac fi
xior & maior q̄ ex mā & for^a:& hoc videt̄ intelligere Auer.
in libro.des.des.disputatione sexta in solone tertij:inqt q̄re
rez intelligibilia eadē sunt q̄ rez veritates:& intellē non
est aliud nisi cōpzehensio intelligibiliū:quę est in nobis in
tellectū & intellē & intelligere vnū & idē sunt inquātū est in
telligere & nulla est ibi diffa:nisi inquātū intelligibilia sunt
rez quę de eaz nā nō sunt intellē:imo sunt intellē sepatio
ne itellē a materie. Idē disputatione.7^a in sol.tertij:& in di
sputatione.3^a.in sol.18.inquit.intellē.n.nō est aliud nisi cō-
pzehensio entiuz formaz put imāles sunt:vult q̄ sic q̄ in-
telligibilia & intellē sunt idē:nō idētitate essentiali:sicut in
pma intelligētia:sed idētitate cōpositionis:sicut mā & for^a
sūt idē idētitate cōpositionis:lz sint diuersa in se:ergo sicut
mā & for^a sūt vnū cpo^m:ita intellē potētię & itelligibilia sūt
vnus intellē speculatiuus:lz hęc vnio nō requirat tertiam
entitatez:sicut vnio māę & formę:ppter qd est essentialior
& interior:vt dicit Auerrois. ¶ Et hoc declarari pōt in in-
telligētijs separatis:ibi.n.intellē & intellecta sunt vnuz nu-
mero:adeo q̄ ex intellectis & intellectu fit vna intelligētia
numero:sicut ex intellectu potētię & intellectis fit vnus in-
tellectus speculatiuus numero ęternus:& vnus in sua spē:q̄
intelligētia humana dēmō entiz differūt:nisi q̄ ibi intellē &
intellecta sunt vnū in dispōne essentiali:in intellectu aūt
nostro intellē & intellecta vnū in dispōne intentionali vel
accidentali. ¶ Si igit̄ ita est ad mentē eius:cōsiter dici opz
q̄ quēadmodū intellē lunę vbi esset aīa hoīs:intellectio q̄
sortes lapidē & Plato aurū esset vna numero essentialir:p-
pterea q̄ vna est intelligētia nūo:& hoc Themi.opinat̄:sic
mō in intellectu nostro:cū ibi intellē & intellecta sunt vnuz
vnione intētionali:erit idē nūo oīb^9 absolute:lz respectiue
ac habitudinibus diuersis erit alius in te alius in me. Qui
cōtinuabit̄ mihi p intellectū auri:tibi aūt per intellectum
lapidis:cōtinuat̄ aūt mihi per intellectum auri:qm cogito
indiuiduū auri:& tibi per intellectū lapidis:qm cogitas in-
diuiduū lapidis.ergo intellē speculatiuus est vnus nūero:
cuius qdditas & indiuiduū idē:& sic vnuz numero:sicut re-
perit̄ vnū numero in formis abstractis:est aūt multus nūo
put ei diuersa nūo cōtinuant̄ per diuersa cōtrahētia:vt di-
ctum est. ¶ Et hoc forte voluit dicere Auerrois in magno
cōmēto cū inquit:q̄ intellecta rerū respectu intellē per qd
sunt vnū entiū sunt vnū nūo & ęterna:respectu Aduentiuz p
quę sunt vera sunt multa:qm respectu indiuiduoz imagi-
natoz numerant̄:lz in se vnuz tñ sint. ¶ Ex his sequit̄ q̄
lz qñ sortes intelligit lapidē totus intellē speculatiuus sibi
cōtinuat̄:nō tñ totus totalr:qm lz ille sit vnus simplr respe
ctu intellē:est tñ multus & enumeratus respectu nostri & no-
stroz phantasmatū:appropriabit̄ ergo totus:sed nō sz to-
talē potestatē nisi in fine & augumētat̄ in nobis & diminui
tur p augumētū & diminutionē phantasmatū speculatoz:
tūc aūt erit totus & totalr nobis cōtinuus:cū cūsīz vlis ali
qd idiuiduū cogitamus & in memoratiua reseruamus:hęc
enim dispositio est adeptio:vt als dicet̄. ¶ Quo gdē mō
intellectus speculatiuus sit vnus nūo & numeret̄:amplius
quomodo non sit accidens animę:& quomodo post mortez
remaneat his perspicuum est.

¶ Caput 32^m:in quo soluitur questio nona.

Quod omnes tres virtutes.s.phātasiā cogi-
tatiua & memoratiua intellectui de-
seruiant pspicuū est in dictis Auerrois.cōmē.
7^o tertij de aīa:sed qd sit iste cōcursus difficile
est. ¶ Amplius cū hę nō cōgruāt eodē mō:du-

bium est quę harū magis & pmo vī imaginatiua seu phan-
tasia:qm intelligere aut est phantasiari:aut nō sine phāta-
sia:& alibi frequēter Aristoteles & Auerrois cōcursuz phan-
tasię ad intelligere explicāt & nō aliaz. ¶ Ex alio videtur
q̄ memoratiua:qm magis est spūalis & intellectui vicinior:
vt dicit Auerrois in libro.d.d.disputatione 3^a in solone de-
cimioctaui dubij:& in libello de memoria & reminiscentia.
Et in 3^o de aīa cōmē.6. ¶ Postremo vī q̄ cogitatiua cum
sit nobilissima:& ideo particularis sm Auerroim ac cogno-
scitiua & intellectui cognatior.

Respondet ad hanc qōnē Jo.Jandonus in.3.q.15.
q̄ oēs tres deseruiunt intellectui lz pn-
cipalis est cogitatiua:quę pncipalis est:quoniam imediate
per pręsentiam phantasmatis:a quo actuatur creat seu ge-
nerat in intellectu speciez itelligibilem mediante qua in-
telligimus:imediatū q̄ deseruiēs itellectui sm hoc erit co-
gitatiua put actuata est spē rez sensibiliū. ¶ Sed istud fri-
uolū est:qm si cogitatiua actuata phātasmate gnat spēm in
intellectu:tūc intellē potentię cōcurreret ad nrm intelligere
viliori mō:ipsa aūt cogitatiua digniori & pstabiliori forte:&
qm intellē vt patiēs:& cogitatiua vt agēs:& p cōns poti^9 intel
lectus seruiret cogitatiuę q̄ ecōuerso:& iam vedim^9 ipossia enume
rata in hac positione. ¶ Ideo alr opz dicere:q̄ vt dixim^9
als:fundamentū primū habitudis & aptitudinis & actua-
lis relonis:qua intellē cōtinuat̄ nobis:vt pn^m intelligēdi:est
cogitatiua actu speculās vel cōponēs vel rōcinās specula-
bile:hoc.n.ente in nobis statim innascit̄ quędā relo:cuius
terminus est intellē:subz sum^9 nos:fundamētū cogitatiua
actuata phātasmate aliquo quę gdē relo est actualis vnio:
qua intellē cōtinuat̄ nobis vt eo speculamur:& intellē iste
sic format^9 & pfect^9 itelligibilib^9:dū per ipsuz speculamur
dī speculatiuus:vt scie:vt Aro actu speculamur dī in actu:
vt aūt iam eo speculati sumus & possum^9 speculari qñ vo-
lumus:dī in habitu q̄ vn^9 & idē sm rē intellē sortit̄ tres rō-
nes respectu nři:& q̄ quęlz harz rōnum est vna relo rōnis
ex pte intellē:realis ex pte nři:iō ptingit esse tria fundamē
ta:ex pte nři vnū.s.fundās actualr itellm speculatiuū.s.ha-
bitudinē actualē qua actu intellē cōtinuat̄ nūc nobis:& id
est cogitatiua actu speculās phantasma aliqd:& sic cogitati
ua pcurrit:& deseruit ad intellectū in actu:fundamētū intel
lectus in habitu.s.habitualis cōtinuationis intellē in nobis
est phātasma retētū ac firmatū in memoratiua pōle exire
in actu qñ volum^9:& sic memoratiua deseruit:vt fundamē
tuz intellē in habitu.s.vt primū fundamētū hitualis vnio
nis intellē in nobis:& qm cōtingit istū itellm fieri in nobis
actu:postq̄ fuit in hitu:& nō fit in actu:nisi reuocet̄ l actua
lē cogitationē:& nihil reuocat nisi phātasia:ppterea q̄ co-
gnoscit formas vestitas sensibilib^9:iō pn^m reuocādi phan-
tasmatū in cogitationē est phantasia:est & pn^m acgsitionis
illoz phātasmatū:& sic phātasia cōcurrit:tuz ad hitū formā
dū phātasmatū:tum ad acgrēdū q̄ deseruit nřo intelligere
magis extēsiue:q̄ pluribus modis:memoratiua vno mō:&
cogitatiua vno^9 lz extēsiue:& pfectiori mō cogitatiua:tanq̄
primū fūdamētū actualis relonis:q̄ itellē est pn^m itelligē-
di in nobis. ¶ Ex his seqt̄ q̄ oēs deseruiūt:lz mō diuerso:
nec deseruiūt ad cāndū itelligibilē spēz:vel itētionē:sed ad
cāndū hitudinē vel ad eē fūdamētū actualis vnionis vel
hitualis vel actualis mō acgsitię vel mō pvocatę. Declara
tū est.n.relonē nō effici:lz resultare ex fūdamēto & termino
& subo:hitudo q̄ hęc vel vnio q̄ pn^m est itelligēdi in nobis
est cōns fūdamētū.s.cogitatiuā phātasiātē:& terminū.s.itel-
lectū:& hoiez tanq̄ subz:q̄ si cōsiderat̄ actuale phātasma dī
hitudo actualis:q̄ actu speculamur:si hituale erit fūdamē-
tū hitualis vnionis & intellectui in habitu deseruit:si Aro re
uocatiue vel acgsitiue procul dubio phātasia est primū de-
seruiens.

sensatiũs. Hũc modũ dedit Auerrois intelligere in 3° de aĩa cõmẽto. 7. ⁊. 33. ⁊ aperte nos in cõmẽto nr̃o declarauimus. Tũc ad argᵘ opposita dõm ꝙ Aris. ⁊ Auer. expresserũt cõcursũ phãtasię ad intelligere nr̃m: tamẽ plus nec̃iç: qm̃ in oĩ mõ ꝯcurrit: vt diximᵘ: memoratiua aũt ⁊ cogitatiua non nisi vnoᵒ tñ: ȝ cogitatiua excellẽtiori mõ cõcurrat. ¶ Ad 2ᵐ nos diximus in expõne cõmenti sexti tertij de aĩa: quõ memoratiua vno mõ est spiritualr: ⁊ quõ nõ: ⁊ tu vide ibi. ¶ Ultimũ v̄o argᵐ ꝯcludit ppositũ vt scis.

¶ Capui 33ᵐ: in quo soluit̃ vltima quęstio.

IN vltima qõne duo sũt quę ꝯclõnẽ faciant: quõ. s. hęc vera sit: intellectus intelligit. Et quo pacto ip̃e seipsuȝ intelligat. ¶ Ad pmã ĝ dõm: ꝙ quẽadmoduȝ hęc: est falsa: intells intelligit in oĩbᵘ separatis substãtijs: ita ꝙ hoc nomẽ ꝯcretũ intelligẽs dicat̃ de his: sic ⁊ hęc falsa erit intells itelligit: qᵐ aũt declarauit Auer. in. 12. meta. cõmẽ. 39. qm̃ inqt sumptũ. i. cõcretũ nõ dr̃ nisi in relatione ad mãm. v. g. viuẽs dr̃ de forma respectu illã habentis: ⁊ ideo solũ in cõpositis pprie sumptũ. i. ꝯcretũ reperit̃. ¶ Sed qm̃ in eis est distinctio in mõ saltẽ: ideo ꝯcedunt̃ ⁊ hoc subdit ibidẽ: in simplicibᵘ aũt dispositio. i. pncipale ⁊ dispositũ. i. cõcretũ illã hñs reducunt̃ in vnũ in esse: ⁊ duo in mõ: pro quãto intells sumit illa ex trãslatione eoꝝ quę sunt hic: vt qm̃ intelligimus istã hõ viuit: ex hac sumimus hanc: deus viuit: nõ ꝙ vita ⁊ hñs vitã sint diuersa: sicut in aĩali: sed sunt vnũ in subiecto: ⁊ duo in mõ: ideo nõ sunt sic sinonyma: ita vera pdicatione nõ dicimᵘ intells intelligit sic ꝙ intells ⁊ intelligẽs sint duo: tñ cõcedit̃: qm̃ sunt vnũ in esse ⁊ duo in modo. ¶ Sed dices nõ vr̃ sic in intelligentijs ⁊ intellectu nr̃o: in illis. n. itellm̃ ⁊ intells sunt vnum in esse essentiali: in intellectu nr̃o non ⁊ p ꝯñs põt intelligi forma ⁊ habẽs formã: forma eniȝ erũt intellecta: hñs formaȝ cõpositũ ex intellectis: ⁊ intellectuꝫ intells dr̃ speculatiuᵘ. ¶ Et sol. est ꝙ in oĩbᵘ abstractis idẽ est intelligẽs ⁊ intellectũ: ȝ in q̃busdã idẽ per se: ac essentialr: in q̃busdã idẽ quasi per accñs: intellecta ergo actu erũt eadẽ intellectui potẽtię in dispõne vnionis maioris q̃ sit mãę ⁊ formę: ⁊ qꝛ vt sic sunt idẽ: ideo nõ põt per se sumi rõ formę ⁊ habẽtis formã: ⁊ ideo hęc erit falsa absolute: intells intelligit: attributione autẽ ⁊ translatione ex vere compositus est vera.

¶ Capui 34ᵐ: in quo declaratur quo pacto intells intelligit se: ⁊ pmo narrat̃: ⁊ improbatur positio Alpharaby.

ALpharabius in libro de intellectu ⁊ intellecto opinatur ꝙ intells in sui nã est pura poᵃ: ⁊ p ꝯñs nõ est potẽs ĝnare suipsius spẽȝ: cũ v̄o intells fuerit in actu p spẽȝ rei mãlis: tũc erit vnũ entium: ⁊ reddit̃ ita potẽs ꝙ ĝñabit spẽȝ sui: p quã intelliget se intellectione ppria ei. ¶ Latini aũt interp̃tant̃ Alpharabium dicẽtes ꝙ itells duobus actibus diuersis attingit se ⁊ alia. actus. n. quo attingit alia ꝓculdubio rectus est: actus v̄o q̃ se attingit reflexus ac circularis est: hoc aũt eadeȝ spe fieri dicunt: qua cognoscit q̃dditates vles rerũ alio actu p eãdẽ spẽȝ se intuet̃: hũc itaqȝ modũ Alpharabiũ sentire credũt. ¶ Alij p̃terea dixerũt intellectũ se itelligere: quẽadmodũ existimatiua eligit spẽs insensatas ex spẽbᵘ sensatis: ⁊ cogitatiua ꝯceptũ subę ex ꝯceptibᵘ accidẽtiũ: tũc dicũt Alpharabiũ velle intellm̃ humanuȝ ex spẽbᵘ intelligibilibᵘ nãlr eligere spẽȝ sui ⁊ imãliũ: ita ꝙ q̃ pmo intells rerũ mãlium spẽbᵘ fuerit actuatᵘ: tam̃ p̃ reddit̃ potẽs eligere spẽȝ sui: quã extrahit ab eiᵘ cẽntia: oẽs ĝ ꝯgruũt ꝙ intells alio actu itelligat se: ⁊ alio intelligat alia: ȝ hi dicant alio actu ⁊ alia spe: alij alio actu: sed eadẽ numero spe. ¶ Uident̃ aũt sustẽtari in hoc: qm̃ distictio actuũ ex distõne oboꝝ ꝯsurgit: iȝ intells ⁊ formę itellectę sunt diuersa obiecta. ĝ diuersis actibᵘ sunt attingẽda. ¶ Amplᵘ illi actᵘ sũt diuersi: quoꝝ vnus est rectus alter reflexus. ¶ Adhuc illi sunt diuersi: quoꝝ vnus est p̃manẽs altero nõ ente. ¶ Postremo illi actus diuersi sunt: q̃ fũdãt ꝯ̃ria indicia. ¶ Ex his accidit totũ hoc. ĝ hi sũt diuersi. Auer. obijcit his. d. ⁊ sic itellm̃ habebit itellm̃ idest abstractũ essentialr habebit abstractuᵐ: vt intulit cõmẽ. 8. tertij de aĩa: ⁊ ꝯ̃tria tȝ: nã si intells intelligit̃ p ppriã spẽȝ: vel ppriũ actũ: cũ actus vel spẽs abstrahant̃ ab eis quorũ sunt: erũt abstractiones eis. ĝ si intells intelligit̃ per pprias spẽȝ: vel ppriũ actũ: spẽs illa vel ille actus erit abstractio intellectus: qõ est derisibile. ¶ Adhuc tũc idẽ esset forᵃ sui p se: qm̃ oẽ intelligibile p se est forma intelligẽtis: imo veriᵘ faciẽs vnũ cũ intellectu q̃ forᵃ physica: cũ mã physica: vt Auerrois dicit: ȝ p te intells est intelligibile q̃dpiã pprio actu distincto ⁊ p se. ĝ forᵃ sui. ¶ Et ẽt hęc sol. est diminuta: cũ nõ declarauit: quo genere ꝓblematis intellectus intelligat se intelligendo alia.

¶ Capui 35ᵐ: in quo declaratur ſm Auerroem: quõ intells intelligit se intelligendo alia.

CUm de quolibȝ vere scibili q̃tuor quęri cõtingant: si sit: quid qȝ sit: quale vero: ⁊ pp q̃d talis sit: vt Aris. docet in posteriori busque intells sit vnũ vere scibiliũ ꝓculdubio: ⁊ de eo quęrendũ erit: an sit: qõ terminabimᵘ: qm̃ est vnũ entiũ: ac ẽt q̃d sit: ad qõ respõdebimus: qm̃ oĩa fieri receptiũe. ¶ Preterea q̃lis sit: cui dicemᵘ: qm̃ abstractus a mã ⁊ organo. ¶ Deniqȝ pp q̃d abstractᵘ: ⁊ qm̃ formas mãles oẽs recipit asseremᵘ. ¶ Adhuc post hęc accipiẽduȝ ꝙ potẽtiaꝝ q̃dã sunt ita debiles ꝙ diuersis cognitionibus attingũt mediũ seu rõnẽ cognoscẽdi ⁊ ꝯ̃nẽ seu cognitũ: ⁊ dico diuersis: tum re: tum tẽporibᵘ diuersis: qualis est virtus cogitatiua: hęc. n. alia cognitione ac tpe alio cognoscit subiectũ alia ac alio tpe pdicatũ: ⁊ inde sit: vt ppõnẽ ex eis cõponat vel diuidat: p̃terea alio intuitu intuet̃ mediũ: ac alio ꝯ̃nẽ: ⁊ ideo fuit nec̃iuȝ ratiocinari ex noto ad ignotũ. Quędaȝ v̄o sunt ita fortes ac sublimes ꝙ vno intuitu numero subm̃ ac pdicatũ mediũ ac ꝯclõnẽ ꝯspiciũt: ⁊ eodẽ instãti nãę cuiꝰ est intells pmi entis: ille. n. nõ alio actu mediũ ꝯ̃nis ⁊ ꝯ̃neȝ ipsaȝ inspicit. Nec pdicatũ alia cognitione ab illa subiecti: ⁊ hac ꝑfecto de re intells pmi nec cõponit nec diuidit nec rõcinat̃ ſm peripateticos: cũ ibi nõ sit hoc prius id posteriᵘ noti: sicut sit: tum in ppõnibᵘ: tum in syllo. ¶ Amplius post hęc dõm ꝙ q̃daȝ sunt entia quę p essentiã ac eoꝝ nãs sunt abstracta: ⁊ hęc sunt intells: quales sunt subę mouẽtes stellas: ⁊ intells noster. Quędã v̄o sunt: quę in suis naturis sunt ꝯcreta in mã ac indiuidua: ⁊ hic sed sunt abstracta p accidẽs: ppterea qꝛ mens remouet ab eis mãm ⁊ illaꝝ caracteres: ⁊ hę sunt intells p accidẽs: ⁊ ideo intelligunt̃ tñ ⁊ nõ intelligũt: vt docet Auer. in 3° cõmẽto. 16. ¶ Postremo opȝ accipere ꝙ q̃dã intelligũt: qꝛ pficiunt̃ ab intelligibilibᵘ tñ: ⁊ hoc pacto intells noster itelligit: q̃dã itelligũt: qꝛ causant ac pficiũt itelligibilia: ⁊ hoc mõ deᵘ itelligit oĩa: eo qꝛ causa est oĩuȝ: ⁊ q̃si oĩa ipse est. Quędã aũt intelligũt vtroqȝ mõ: vt medię itelligẽtię itelligũt iferiora: vt cãę sũt: supiora: vt causata ⁊ pfecta: vt diximus sępe. ¶ His itaqȝ acceptis dicimᵘ ꝙ cũ intells fuerit reᵘ tui vel mei actuatᵘ intelligibilibᵘ: tũc ipse itelligit se: put ipse nihil aliõ est nisi forᵉ reꝝ inq̃ñi cõpręhẽdit eas ꝓcul ac solutas a mãȝ: q̃si igit̃ se intelligit mõ accñtali: vt dicit Alexã. i. ſm ꝙ accidit intells ꝙ fuerint ipse. i. eiᵘ cẽntia: itells ĝ pp tria itelligit se p accñs: tum p̃: qꝛ nõ p eiᵘ essentiã cũ hoc solũ sit in intellu supiori: tum 2°: qm̃ intelligit se p vles formas: q̃ ⁊ si nõ sint accñs itellectui: sũt tñ extrinsecę: ⁊ nõ essentia intells p se: ȝ p accidẽs: tum tertio qꝛ itelligit se p illa: quoꝝ nãę sunt nõ

intellectus:sed fiunt intellectus per accidens: vt dictum est. ¶ Sz qm intell's est po⁹ sublimior cogitatiua:inferior intellectu p̄:ideo supra cogitatiuā retinet φ vno ac eodem actu quo intelligit rōnē terminādi ꝓblema itelligit se. v.g. eo actu quo itelligit vnū entiū:intelligit se eē:ꝛ eo actu quo intuet̄ suā diffōnē intuet̄ se. Eodē actu quo intuet̄ mediū in ꝓblemate q̄lis est intuet̄ se:ꝛ sic in ꝓblemate ꝓp quid:ꝛ ideo nō opꝫ vt intell's intelligēdo vel habendo se respectu alicuius ꝓblematis cōponat vel diuidat vel rōcinet̄:sicut nec p̄⁹ mens. ¶ Sed cōpōnē facit cogitatiua vel rōcinat̄ vt ꝯtinuat̄ nobis sub for⁹ illoꝝ ꝓblematū:ꝛ hoc mō patet quō intell's intelligit se. ¶ Ex his pꝫ dr̃ia inter modū quo intell's se intelligat ꝛ p̄mus se. Intell's.n. p̄mus intelligit se ꝑ se trib⁹ modis:p̄/qm se ꝑ essentiā ꝓpriaꝫ. Scdo qm nō ꝑ alia extra essentiā eius cū ipse sit oia ꝛ totum ꝛ vniuersum. Tertio qm intelligit se ꝑ id qd in sui nā est intell's.g̃ ipse se ipsuꝫ itelligit ꝑ se oib⁹ modis ꝑ se:intelligētię aūt medię respectu inferioꝝ se intelligūt:vt p̄mus intell's.s.ꝑ essentiam: ꝛ nō ꝑ alia:ꝛ ꝑ id qd in sui nā est:intell's respectu supioruꝫ intelligūt se q̄si ꝑ accńs:qm ꝑ essentiā superioris:quę nō est suba intelligētię vel eēntia ei⁹ lꝫ in se sit intell'm ac intell's. ¶ His pꝫ sol. ad obiecta alioꝝ:qm tametsi obiecta sint diuersa transeūt in rōnē vni⁹ intellecti:ꝓp perfectionē cognoscētis. ¶ Ad 2ᵐ ibi nō est actus ꝛ actus:intell's.n.ꝑficit̄ ab intelligibilib⁹:ꝛ qꝛ accidit illis esse intell'a:iō itelligit se per accńs itelligēdo intell'a illos sepatos ꝑ accńs a mēte:res.n. intellectę sunt intell's saltē ꝑ accńs:ꝛ iō intell's vnica perfectione ꝑficit̄ ab illis ꝛ a se:ꝓut est qd vnū illoꝝ. Quia enim intell'm auri est sepatū:ꝑcipit se sepatū:qꝛ vnuꝫ nūo se esse vnū nūo:qꝛ tale vel hō talē vel hō se ꝑcipit:qm intellectuꝫ auri est intell's sepat⁹:ꝓut mens remouet ipsuꝫ a materia. Propter qd pꝫ φ illi act⁹ sunt semper:ꝛ nō vnus nūc alter cras. ¶ Itē iudicia diuersa sunt rōne diuersi modi apprehendendi:nō ꝓpter diuersos actus:vt patet:qm deus vno actu indicat se:ꝛ ideas:diuersis tamen indicijs.

¶ Caput 36ᵐ:in quo tractamus de intellectu practico:cuius p̄ncipium est volūtas:ꝛ ideo p̄mo de voluntate.

QUia intendimus loq de itellectu practico s̄m Auer.ꝛ volūtas facit ad illius declarationē:iō p̄ de volūtate dōm.s.qd sit:cuius sit:ꝛ quō distinguit̄ ab intell'u. Dōm itaqꝫ p̄ φ in nobis tres expimur act⁹:quoꝝ vnus est po⁹ vegetatiuę:vt nutriri/augeri/ꝛ gn̄are. Ali⁹ est potētię sensitiuę tm̄:vt tangere ꝛ alq act⁹ sensuū. Alius est rōcinari:ꝛ hoc quoqꝫ est vl'r ꝛ ꝑticulariter:ꝑticulariter respectu cogitatiuę vl'r ꝓp ꝯtinuationē vl'iuꝫ ꝑ intell'm vnitū ac ad nos cōuersuꝫ:ꝛ qꝛ vt.d. Auer.12.meta.appetit⁹ seq̄t̄ cōprehēsionē: sicut vmbra corp⁹:iō erit triplex in nobis appetit⁹:vnus g est sequēs formā:vt vegetatiua:q̄lis est in plātis ad suū nutrimētū:vt Auer.d.in p̄ physicę auscultationis cōmēto.81. Alius sensitiuus g ꝯseqt̄ vtutē sensitiuā respectu actuū sensus ꝛ hic est cōis hoib⁹ ꝛ brutis. Terti⁹ rōnalis g ꝯsequit̄ rōnē:ꝛ est appetit⁹ ꝓpri⁹ hoi:ꝛ dr̃ volūtas:ꝛ qm rōcinamur vl'r ꝛ ꝑticulariter.ideo est voluntas ꝛ vl'is ꝛ ꝑticularis. volūtas nāqꝫ vl'is est intell'e:intell's.n.dr̃ ꝓut ꝑficit̄ ac format̄ intentionał'r ab itell'is indiuiduoꝝ:ꝛ ꝓut per ipsuꝫ intelligim⁹ dr̃ intell's noster. Volūtas aūt inq̄tū ad actū cōseqt̄ fuga vel ꝓsequela:ꝛ volūtas nr̃a ꝓut p̄nᵐ est vl'e ꝓsecutionis vel fuge. Voluntas aūt ꝑticularis est virtus cogitatiua: virtus enim cogitatiua dr̃ intell's ꝑticularis:ꝛ aliqua rō s̄m Auer. vt diximus:cogitatiua g̃ vt mouet̄ a formis indiuiduis libere ꝛ rōcinat̄ circa illas dr̃ rō ꝑticularis ac intellectus aliquis:vt ꝯo per actū eius accidit nobis fuga vel ꝓsequela electio vel amor dicit̄ voluntas ꝑticularis:voluntas ergo quid sit:ꝛ quot modis sit patet.

¶ Caput 37ᵐ:in quo soluuntur q̄ōnes circa hoc.

AMbigunt an volūtas nostra sit vni⁹ rōnis cū voluntate motoris. ¶ 2° an intell's in se possit aliqd velle cōtingenter. ¶ 3° quo nā pacto volūtate abstracta nos volum⁹. ¶ 4° q nā pacto volūtas ꝑticularis se habeat ad voluntatē vl'em. ¶ Ad p̄mā dōm φ q̄ diu intell's ita recidit̄ indicat aliqd:cui⁹ oppoᵐ nō pōt intelligere ac ei assentire:volūtas est nec̄ia:ꝛ inde tollit̄ cōtingētia volūtatis:ꝯtingētia.n.volūtatis ꝓuenit ex indicio intell's ad opposita:ꝛ qꝛ volūtas intell's motoris subordinat̄ intellectui:ꝗ cognoscit tm̄ vnū ꝛ oppoᵐ:nō iō illa ordinat̄ ad vnū tm̄:volūtas aūt hoīs:qm indicat ꝑ intellectū opposita:iō ꝛ ipsa pōt:ꝛ opposita perseq vel fugere.ergo voluntas motoris est alteri⁹ rōnis a volūtate nr̃a. ¶ Ex his seq̄t̄ φ cū intell's in se ꝯsideraf̄:vt infim⁹ est abstractoꝝ:sit vna for⁹ oino liberata a mā ac tm̄ itelligens vnū itelligibile.s. genus substantiaꝝ separatarum:ideo tm̄ vno modo vult:ꝛ inde tollitur contingentia voluntatis:eo quia tollitur indicium intellectus ad opposita.

Et hoc mō volūtas intell's est eiusdē rōnis cuꝫ voluntate motoris sepati:ꝛ sic iam manifesta est sol. scdę q̄ōnis. ¶ Tūc ꝑ hęc sol. pꝫ ad tertiā:φ lꝫ intell's in se velit simpl'r nec̄ia:nec possit appetere oppoᵐ ei⁹ qd intelligit in se:qꝛ tn̄ ꝯuertit̄ ad nos ꝯtingēter indicia opposita capiētes ꝓp cogitatiuā:q̄ rō est ꝑticularis:iō p̄nᵐ est exequendi vel fugę ꝯtingēter:erit g̃ iste ordo φ intellecta nobis cōtinuant̄ per imaginatas formas:voluntas aūt ꝑ intellecta. ergo eodē medio volūtas ꝛ intell's ꝯtinuant̄ nobis:lꝫ ordine quodā. ¶ Et ꝑ hęc ad quartā:sicut enim cogitatiua est quędā rō ꝑticularis:intell's ꝯo rō vl'is:ex q̄bus constituit̄ vnū intelligēs:ita voluntas cogitatiuę est appetitus ꝑticularis:volūtas autem intellectus vniuersalis:ex quibus fit vnum principium electionis ꝛ fuge odij amoris ꝛ alioruꝫ actuum:hęc de voluntate dicta sint nunc.

¶ Caput 38ᵐ:in quo tractatur de intellectu practico.

FAcile ex his manifestū est qd sit practic⁹ intellectus:oia enim entia speculabilia:vt speculabilia: constituunt intellectum speculatiuū:vt diximus. Opabilia aūt vt operabilia ꝯstituunt practicuꝫ:ꝛ qꝛ operabilia:vt operabilia:nō sunt nisi singularia:ꝛ intell's ꝑticularis:scilꝫ cogitatiua sola:cognoscit singularia vt singularia:ergo intellectus practicus nihil aliud est nisi cōstitutū ex cogitatiua ꝛ operabilib⁹ cognitis:vt cadūt sub opere nostrę volūtatis:ꝛ hoc Themistius sentire videt̄ in 3° de aīa caplo.59. vbi intellectū practicū ponit p̄eesse agēdis rebus ꝛ administrādis:quę nō sunt nisi ꝑticularia. Et ibidē caplo 61° ait φ intellectus practicus est finis speculationis:sed initium operationis:nihil aūt est initiū opationis nisi virtus ac facultas mālis. ¶ Et hoc sentire videt̄ Aristo.cū inqt ꝛ oino in actione:idest intell's practicus:ꝛ qd sine actione:idest intellectus speculatiuus:s̄m expōnē Auerrois cōmento.34. nō simpl'r differunt:sed in eo φ simpl'r:idest vl'e differt a quodā:idest particulari:mō intell's est quid vl'e:cogitatiua intell's est particularis.ergo nihil voluit dicere nisi cogitatiuā esse intellectū practicū:ꝛ Auerrois 3° de aīa cōmē.20. in calce dicit:intell's qdē speculatiuus differt ab opatiuo ꝑ diuersitatē p̄eparationis extrīs in hoc intellectu:ꝛ loquit̄ de cogitatiua. ¶ Sed dices medicia est scia practica.ergo subiecta ei⁹ sūt opabilia:ꝛ tn̄ illa sunt vl'ia:quę nō p̄nt esse in cogitatiua. Sil'r moralia sunt vl'ia:quę nō p̄nt fundari in cogitatiua. ¶ Dōm φ subiecta medicinę ꝛ moralis p̄nt dupl'r cōsiderari:vt speculabilia sunt:ꝛ sic est scia:alio mō vt operabilia:ꝛ sic sunt singularia ꝛ relicta ad opus nostrū:

primo mõ ꝑncipiũ eoꝝ est intellectus speculatiuus. scdo
mõ intellectus practicus. s. cogitatiua: volui aũt hec pauca
colligere de intellectu practico: qm̃ ex intellectu speculati-
uo multa põt scire de eo: ⁊ qm̃ nõ est intentio mea ꝑncipa-
lis de ipso: qm̃ in cõmento nostro de aĩa diximus multa.
¶ Ex his pꝫ quid intell's speculatiuus sit: gd volũtas: gd
intell's corruptibilis: qui dr̃ cogitatiua apud Auerroim: de
qua multa diximus: ⁊ gd intellectus practicus.

¶ Capitm̃ 39m̃: in quo soluunt̃ argª aliaꝝ positionum.

His itaqꝫ ꝑfecte sic expositis facile soluere possum⁹ alioꝝ argumẽta: q̃ tacta sunt.
¶ Ad p̃m̃ capitis sexti dõꝫ / ꝙ habit⁹ nõ est ali-
qd itell's: sꝫ ex pte phãtasmatũ: q̃ cũ habitua-
ta sũt reuocare nobis faciũt actualẽ ꝯtinua-
tionẽ itell's: qñ volum⁹: ⁊ iõ dr̃ intell's in habitu: ⁊ h̃ iã quī-
totiẽs dixim⁹. ¶ Et ꝙ̃t habit⁹ nihil sit itellus pꝫ: qm̃ sũme
iclinatiõ ac sũme ꝯꝯiũm alicui opi nũc habituat̃: nullus. n.
habituaret mãꝫ in receptione formaꝝ: cũ foꝛ̃ sint ꝑfectio-
nes mãẽ: mõ intell's ẽ mã intelligibiliũ: ⁊ sũme iclinat⁹ ad
ea: tanq̃ ad ei⁹ ꝑfectionẽ facietia. Nec sũme ꝯꝯiũ: si. n. deci-
es milies ꝓiecerís lapidẽ sursuꝫ: nõ habituabit̃ in motum
sursuꝫ lapis: vt Ari. dicit: ⁊ sic itell's: vt itell's nõ ẽ habitua-
ri: erit g̃ habit⁹ ex pte triũ virtutũ manifeste: ⁊ h̃ idẽ Auer.
dic̃ in 3º. cõmẽ. 20. i fine: ⁊ ego declaraui id ĩ cõmẽto nr̃o.
¶ Ad 2m̃ dõm / ꝙ argm̃ supponit falsum: itell'ꝫ. s. ꝓcedẽ ex
ignorãtia in sciaꝫ: ꝓcessus. n. ẽ a pte nr̃i g instrum⁹ intellm̃:
scire. n. nihil aliud ẽ nisi itellm̃ accipe: accipim⁹ ãt intellm̃
ꝑ h̃ ꝙ phãtasma aliqd speculamur: vt sepe dixim⁹. ¶ Ad
tertiũ dõm / ꝙ si maior itelligit̃ ꝙ cognitio fiat ꝑ silẽ. i. per
similitudinẽ cãtã ab obiecto: q̃ itell's tẽdit in oĩꝫ ẽ mẽdaciũ:
qm̃ tũc itellectio eẽt ꝑ mediũ: ⁊ nõ vere vniret̃ itelligibiliꝫ:
sꝫ itelligẽdũ ꝑ silẽ ĩ gradu: qm̃ itelligibilia nunq̃ itelligũt
nisi fiãt intell's: vt dcm̃ ẽ in vltima qõne hui⁹. ¶ Ad 4m̃ /
iã declarauimus necẽitatẽ intell's agẽtis: ⁊ dixim⁹ ꝙ nõ ẽ i
creãdo itellectiones vel spẽs intelligibiles diuersas a reb⁹
itellectis: sꝫ est sicut lumẽ itell's potẽtię: mediãte q̃ ꝑficit̃ ab
intelligibilib⁹: sicut ꝑspicuũ a colorib⁹: ⁊ tu vide loco eius.
¶ Ad 5m̃ dõm / ꝙ singulare ⁊ vl'e pñt accipi dupl'r: vno⁹
vt hñt rõnes diuersoꝝ intellectoꝝ. s. put apphendunt̃ di-
uersis ⁊ ꝑcisis cogõnib⁹: ⁊ h̃ pacto singulare sensu: ⁊ vl'e in-
tellu apphẽdit̃: vt docet Aris. ⁊ Auer. in 3º ĩ cõmẽ. 9º. Alio⁹
vt reducunt̃ in foĩaꝫ vni⁹ itellecti. s. put cognoscit̃ sub alie-
tate vel ꝯueniẽtia: isto. n. mõ hñt formã ⁊ rõnẽ vni⁹ itelle-
cti nũero: est eni totũ id vnũ itellm̃ nũero aliud ab auro: ⁊
sic intell's cognoscit h̃ itellectione eterna: nec opꝫ ꝙ oẽ po-
nens diĩaꝫ aliq̃ꝫ cognoscat illa diuersis ⁊ ꝑcisis cogõni-
bus: methafi. n. ponit diĩaꝫ inter ens ⁊ hoiẽꝫ vel ꝯueniẽtiã:
⁊ tñ nihil cognoscit nisi ens distincta cognitione: hõ ãt co-
gnoscit̃ a phico: sꝫ sufficit ꝙ distincta cognitione hõ cogno-
scat̃ ab habitu sibi ꝓximo ac subordinato: sic itell's mediã-
te sensu cognoscit distincta cognitione: singulare ãt vt tran-
sit in rõnẽ vni⁹ itellecti nũero: cognoscit̃ ab intellu: vt me-
diãte sensu fuit ꝯceptũ singulare ꝑ se. ¶ Ad 6m̃ imo dico /
ꝙ si daret̃ spẽs itell's nõ ꝑficeret̃ ab itelligibili: ⁊ qꝛ nõ da-
tur: iõ ꝑficit̃ ꝑ se ac imediate ab intelligibili: quẽadmodũ
foĩa ꝑficit mãꝫ ꝓficit dico sine medio qõ sit foĩę silitudo:
sꝫ ipsa imediate attingit essentiã mãę receptiõe physica ⁊
corporali: ita itellecta imediate attingũt essentiã itell's ꝑ se:
ac imediate intẽtionalr ⁊ vl'r: vt dictũ est: est eni itell's po-
tẽtię mã intelligibiliũ: sicut mã p̃ª mã sensibiliũ: nõ differẽs ni-
si penes ꝑticularẽ modũ recipiẽdi ⁊ vl'em: vt dicit Auer.
¶ Ad 7m̃ / iã diximus sepe sepius de mõ q̃ itell's ꝯtinuat̃
nobis: intell's eni s̃m sui nãm foĩa nobis nata ꝯtinuari s̃m
positionẽ ac postremã ꝑfectionẽ: ⁊ hui⁹ nulla alia est cã: ni-
si qꝛ est itell's: ⁊ nos hoies sumus hoies. Sꝫ ꝙ nũc sibi cõ-
tinuat̃ est per nouũ indiuiduũ: ꝙ lꝫ sit particulare: iõ s̃m
partẽ reddit intellm̃ sibi ꝯtinuũ: nec est inconueniens: qm̃
illa ꝯtractio fit per minus cõmune vt diximus.

¶ Capitm̃ 40m̃: in q̃ soluunt̃ argũta ex dictis Auer. accepta.

His itaqꝫ solutis argumẽta ex verbis phy-
losophoꝝ soluẽtur: ⁊ p̃ debes scire ꝙ
spẽs apud ꝑipateticos nõ est specificatũ ac si-
militudo rei ⁊ q̃litas illi⁹: sꝫ est foĩa intellecta
seu ꝯcepta ꝑficiẽs intellm̃ intẽtionalr: ⁊ ideo
vbi Arist. in trãslatione nr̃a hꝫ spẽꝫ: Auer. in trãslatione ei⁹
hꝫ formã: erit g̃ sensus ꝙ intell's est ipassibilis corruptiua
receptione tñ est susceptiu⁹ formę intẽtionalr ⁊ vl'r ⁊ nõ in-
herẽter: tanq̃ sibi accñs: vt male exponũt latini: ⁊ potẽtia
hꝫ: sꝫ ꝑfectiua ac vl'is existens mã vt diximus. Alia au-
ctoritas est in opposituꝫ: locus eni nõ est subm cui inheret
locatũ: vt Simplicius tãgit: sꝫ est ꝯtinẽs locatuꝫ: ⁊ qꝛ itell's
nõ recipit formas intelligibiles inherẽter. tanq̃ accidẽtia
ei: sed intẽtionalr ⁊ vl'r: tanq̃ ꝑfectiones ⁊ intẽtiones: iõ cõ-
tinet illas: ⁊ hoc pacto est tanq̃ locus: est eni locus vltimũ
ꝯtinens imobile primũ. Modo intell's est vltimũ ꝯtinẽs
formas intẽtionalr ⁊ vl'r ac ꝑfectiue imobile: qm̃ vnio in-
tellecti cũ itellecto est maxia: cũ sit idissolubilis: est. n. vnio
vl'is q̃ abstrahit a tpe ⁊ loco ⁊ c. p̃m̃ qm̃ adeq̃te itell's ꝑficit̃
ab oĩbus intelligibilib⁹: quot eni sũt possibilia intelligi: tot
ꝯtinet: ⁊ quot ꝯtinet: tot pñt intelligi: ⁊ iõ bñ dicentes sunt
aiaꝫ eẽ locũ formaꝝ. Ubi Simplicius sic loqt̃ (cõmẽdat
locũ formaꝝ aiaꝫ enunciãtes: ac simul qdẽ manifestãs ꝙ
nõ de participato ab aia intellu erat ipsi sermo ille nanqꝫ
nõ aia: sꝫ ꝑstantior suba simul dõ ꝙ formas nõ accñtia vo-
cat: hoꝝ eni sensitiua susceptibilis) hec Simplici⁹ ad ver-
bũ: ecce q̃ apte Simplicius vult intellm̃ accñtia nõ reci-
pere: cũ accidentiũ receptiuã sit sensitiua pars: intellectus
aũt bene locus est formarũ: que nõ sunt accidentia ei: ⁊ ꝑ
idem pꝫ in 3º verbo species enim Aristo. formas accepit:
vt Simplicius ⁊ omnes cõmentantur.

Ad primam auctoritatẽ Auerrois sol. pꝫ: nos eni
bene ponimus itellectũ recipere ac
pati: sed nõ realr ⁊ inherẽter: tanq̃ receptũ eẽt ei accidẽs:
sed intẽtionalr ⁊ vl'r: vt sepe diximus: quali mõ intelligen-
tia inferior recipit ⁊ perficit̃ a superiori: vt dicit Auerrois.
¶ Ad scdam dicẽdum / ꝙ subiectũ aliquoꝝ esse põt duo-
bus modis: scilꝫ inhesionis: ⁊ sic suba est subiectũ acciden-
tiũ: vt Simplicius tãgit de mẽte Platonis in gorgia ⁊ in
theeteto: alio mõ subiectũ intentionũ ac potius informa-
tionũ: ⁊ hoc est intell's respectu itelligibiliũ formaꝝ: ⁊ hoc
mõ intelligit Auerrois. ¶ Ad tertiũ / phãtasma põt cõpa-
rari ad intellm̃ dupliciter vnomõ respectu itelligere: alio
mõ vt acquirit̃ nobis: respectu intelligere phantasma est
subiectũ. i. fundamẽtũ intellecti: qd intelligit̃ ab itellectu:
qm̃ intellectũ ipsius est forma vniuersalis cuius esse ẽ in
phãtasmate imaginato: ⁊ sic nõ habet rõnem mãę nec for-
mę nec agẽtis: sed potius fundamẽti ⁊ ꝯseruãtis esse vl'e.
¶ Aliomõ cõparat̃: vt nobis acquirit̃: ⁊ sic phãtasma est
fundamẽtũ habitudinis ⁊ relationis: que intell's efficit̃ no-
bis forma ⁊ ꝑncipiũ intelligẽdi: ⁊ cum fundamentũ sit cã
relationis: ꝑ modũ cuiusdã resultationis: ⁊ nõ ꝓprie effi-
ciens: ideo potẽtia phãtasmatis: est quasi potẽtia motoris:
vt sit motor ⁊ sic intelligit Auerrois ꝯtra Auemp. ¶ Ad
quartũ dõm / ꝙ factũ est intellectus speculatiuus ꝗ est con-
gregatum ex intellectis: ⁊ intellectu: hoc eniꝫ cõpositũ est
eternũ: nec repugnat eterno esse factũ: ⁊ habere causaꝫ: ap-
pellat̃ tñ nouũ respectu nostri: ac vt destruat opinionem
Themistij qui intellm̃ speculatiuũ ponit substãtiam eter-
nam intell's agẽtis: vt diximus. ¶ Ad quintũ / intellect⁹ fit
diuis mõ similitudinis: nõ ꝙ recipiat intellecta mediante si-

militudine:sed hoc pacto fit oia: quoniā nō intelligit nisi res fiāt intelle ꝑpter separationē a mēte:ꝛ sic recipit eas. ¶ Ad sextam/dupl'r cōparatꝰ sensile sensui in rōne motoris:effectiue.s.put causa est agens cuiusdam effectus:q spe cies ꝛ similitudo eius dicit. ¶ Alio mō in rōne formę intentional'r perficiētis ipsum sensuz:hę ergo cōparationes inter sensum ꝛ intellectū sunt intelligēdę non de sensili in pmo mō:sed in scdo mō.s.put sensile perficit sensum intē tional'r ꝛ imāl'r:nō vt agit effectum: qui similitudo dicit. ¶ Fuit aūt necessaria illa similitudo intermedia in sensu ꝛ sensili:ꝑpter imperfectionē sensus qua nō pōt perfici a sensili nisi mediāte medio:intell's aūt cum sit nā superior ac sublimior:iō potuit perfici ab intellectis absqꝫ medio. ¶ Ad septimā/intell's speculatiuus pōt dupl'r ꝯsiderari vno mō in se:ꝛ sic semper est extractus:nec repugnat eterno fuisse extractū extractione eterna:alio mō respectu tui vel mei:ꝛ sic ꝯtinue extrahit:intellectus eniz agēs est principiū:quo in nobis fit ista noua extractio:intellus potētię pncipium quo fit in nobis noua receptio intellectoꝝ:lꝫ in se:nec hoc:nec id fiat. ¶ Ad octauā/maior est falsa:sciētia enim ꝛ res scitę nō differunt ꝛ qꝛ res scitę sunt diuersę ab intellu:nō ꝙ sint accidēs intellectui:sed intentiones spirituales perficiētes ipsum:iō possunt dici alię ab aia e contrario intellectui agēti:qui nihil intelligit extra se. ¶ Ad nonā dico/ꝙ moueri ē duobus modis: vno mō perfici ac intentional'r recipere:ꝛ sic intell's mouet ac pficit ab intentionibus imaginatis motu ꝛ pfectione eterna. ¶ Alio mō respectu nostri:ꝛ sic intellm moueri non est aliud nisi nobis ꝯtinuari per pñtiam phantasmatum:vt diximus. ¶ Ad decimā dōm/ꝙ operatio intellectus est in genere passionis vniuersalis ꝛ intētionalis ꝛ nō particularis ꝛ indiuiduę:ꝛ iō nō recipit nouitꝫ si denominat nouiter recipere ex pte nostri:vt dictū est. ¶ Ad vltimū/pꝫ sol. voluntas enim nō habet ortū ac introitū in faciēdo acquirere accidētia intellectui:sed habitudines intellectoꝝ:vt sępe diximus:h sunt q̄ mihi vident esse dicēda in positione Auerrois:stantibus eni principijs eius nō pōt aliter dici: vt pꝫ considerāti ea quę nos tetigimus.

¶ Caput 41m:in quo veritas narrat oium dictoꝝ.

Hec sunt principia in toto libro de intellectu:hęc sunt. Intell's est virtus passiua:2m vero/intell's est virtus separata a corpe sm primā pfectionē:hęc eni:vt Auerr. testat sunt pncipia:qꝛ his verificatis sequūtur oia quę dicta sūt de intellu:si eni intell's est virtus passiua:tunc sequit intelligere esse virtutis passiuę opus:ꝛ p ꝯns esse in genere passionis:ꝛ tunc seqꝛ esse alteruz genus intell's.s.qui dicit intell's agens q sit oia facere sicut intell's potētię est oia fieri. ¶ Si pterea intell's est virtus separata sm primā pfectionē:tunc sequit ipsum esse intellm in actu:ꝛ qꝛ est intellm in actu:tūc est virtus separata p essentiā:ꝛ cū in separatis per essentiā nō possit esse nisi vnū indiuiduū in tota spē:q° simul est idiuiduū ꝛ qdditas:ꝛ indiuiduū est vnū numero cuiꝰ qdditas est eius essentia:tūc intellm esse vnū numero:ac nō aliuꝫ in me ꝛ in te sequit: sed vnum oibus ꝓculdubio:ꝛ qꝛ intellus fuerit essential'r separatus:ac purus ꝛ vnus:tūc sequit ꝙ ipse nō substernit accidētibus realibus:ꝛ ꝙ intelligere est pati pfectiue ac intētional'r subijci formis intellectis ꝓut mens aufert eas a mā:ꝛ sequit ꝙ spēs intelligibiles:q̄s Jo. ꝛ alij ad Auer. mentē dederūt accidēta aię:sint fictiones. Et sequit intellectū speculatiuū esse qdpiaꝫ cōpositū ex intellectis ꝛ intellectu potētię cōpōne intētionali:ac tanta vnione vt nunq̄ separet:ꝛ tunc seqꝛ intellm speculatiuū esse eternū:ac formas vniri nobis p pñtiā intentionū imaginataꝝ:sicut dictū est. ¶ Et ipꝫ vnū numero idē cū sua qdditate:lꝫ sit multū:sicut vle cōicabile per diuersa idiuidua:ꝛ sequunt tot ex illis duobus principijs:quot dicta sunt de intellu:ac possibilia dici:ꝛ iō videmꝰ Themistiū:Theofrastū:Auicēnaꝫ ꝛ alios:qui ponūt intellm separatū ꝛ vnum dicere ipsuꝫ nullū accidētiū recipere:lꝫ Simplicius dicit accñtia recipi in sensitiua parte. Themi. in intellu cōi. Auicēna in rōnali aīa ponit spēs:qbus acquirit aptitudo:qua ꝯtinuat nobis intell's separatꝰ:quo intelligimus. ¶ Et qꝛ illa duo sunt pncipia oium coꝝ:quę dicunt de intellu: iussit Auer. fieri magnā ꝯsiderationē in eis:vt Plato dicit ꝛ Aristo.ꝛ ꝓpterea nos ꝯtradiximus illis:ꝛ declarauimus intellectiuaꝫ aiam esse virtutē in corpe:ac formā attingētē nudam essentiā māę:ꝛ diximus ipsaꝫ numerari sm corpora:ac nouam ex dei luce cē in mā procreatā.diximus pterea intellectū esse facultatē essentie aię:ꝛ iō nec organicus:nec mistus est:nec virtus in corpore:ipm tñ numerari per essentiaꝫ aiaꝫ numerū asseuerauimus ꝛ alia multa: in quibus errasse Auerro. putauimus:ꝛ qꝛ nos ꝯcedimus totū oppositū illoꝝ principioꝝ:iō vt expositores dicunt ꝯcedimus totū oppositū ꝯclusionū:ꝯclusiones eni sequunt ex principijs:ꝛ iō dicimus aliud esse intellm:aliud quo intellm intelligit:itellm eni est qdditas:quā mens remouet a mā:ac ē ꝯditionibus māę:quo intelligimus: est spēs intelligibilis:quę est accñs real'r inhęrens aię mediate:qua aīa trāsit in intelligibile:ꝛ fit id:ꝛ tūc habemus dicere intell'z speculatiuū esse ꝯgregatū ex speciebꝰ intelligibilibus: ꝛ intellm potētię:ꝛ qꝛ intell's potentię est numeratus: iō ꝛ intellus speculatiuus erit numeratus:ꝛ qꝛ intell's potētię ē nouus:ꝛ intell's speculatiuus est nouus:ꝛ tunc habemus dicere intelligibile cōparari intellectui:duobus modis.s.in ratione agentis ꝛ in rōne formę:agentis qdem ꝓut creat vel extrahit spēs intelligibiles de potētia in actu:ꝛ ponit illas i intellm potētię:vt declarabit. ¶ Formę aūt:qꝛ mediāte spē perficit intentional'r intellm quēadmodū forma mediante dispōne qualitatiua ꝛ quātitatiua perficit māꝫ:ꝛ huiꝰ rō erit:qꝛ sm nos intell's nō est per essentiā separatus:sꝫ virtus est in essentia aię:quę est in corpore. ¶ Et tūc seqꝛ intellm practicū esse aggregatū ex intellu potētię:ꝛ intelligibilibus practicis:ꝛ vnā facultatez esse vtriusqꝫ:lꝫ mō vt est sub vno mō:vt est sub alio. accipiat diuersas rōnes:vt scis. Et qꝛ ita fuerit sequit totū oppositū coꝝ:quę Auer. dixit:ꝛ qꝛ nos ꝯtradiximus pncipijs nō opꝫ ꝯtradicere cōclusionibus qꝛ vna est ꝯtradictio pncipioꝝ ꝛ ꝯclusionū: qꝛ ꝯclusiones sequunt ex principijs. ¶ Et miruꝫ est:quo Joan. Jand. vir famosus in doctrina Auerroica sic cespitauerit:cū Auer. eni principia ꝯcessit:sed in ꝯclonibus deuiauit:q̄ sequunt oino ex illis pncipijs: ꝛ sic ipse reperit medius semp inter latinos ꝛ arabes:sic pfecto nec est arabs: nec latinus:ꝛ cām huius totius diximus in hoc libro.

¶ Caput 42m:in quo enumerant qōnes in hac positione ꝛ soluit pma qō sm positionem Joannis.

Secd his accidunt duę questiones difficiles:quaꝝ prima est an intꝰ quę actus est intellectus potētię: ꝛ species intelligendi:quę ratio est intelligēdi sint res diuersę:an vero vna res in subiecto:sed diuersę modo. ¶ Secūda vero qstio est: quo nam pacto phātasma ꝯcurrit ad ipsam speciē ac intelligendi actū.s.si vt causa:an vt dispositio:ꝛ si vt causa: verū in genere agentis:an alio modo:hę eni sunt qstiones quę pcipue nobis accidunt. ¶ Primā qdem qstionē Joan. in questionibus tertij q.14.conatus est soluere:opinat nanqꝫ intellectionem vno tñ diuersam esse mō ꝛ rōne a spē intelligibili:sed re: adeo ꝙ opinatur in eis distinctionē realē:ꝛ inducunt eum

ad hoc plurimę rōnes: quarū prima est: quę sunt in diuersis generibus differunt ſm rem: intellectio ꝛ species sunt hm̄: quoniā species qualitatis est species: intellectio autē in capitulo est passionis: ergo ꝛc.

Amplius cessante intellectus actu ꝓculdubio remanet species: ergo erunt diuersę res.

Rursum species causat intellectus actū: ꝛ omnis cā differt re a causato: ergo vt prius. ℭ Adhuc si nō: tunc phātasma esset imediatū principiū actiuū intellectionis. Itē actus primus ſm rem differt ab actu scdo: ꝛ spēs actus est primus: intelligere actus secundus.

Preterea species est vna cōtrarioꝝ: ꝛ intelligendi actus multiplicantur: his ꝛ aliis Joan. ꝛ multi alioꝝ opinati sunt actū itelligēdi q̄ itellectio dī esse ſm rem diuersaꝫ ab itellu ꝛ a spē itelligibili: vt dictū est.

ℭ Caput 43m: in quo enumerant̄ argumenta contra Joā. ꝛ ponitur positio noua.

Et cum homo cōsiderabit inueniet argumenta aduersus Joan: forte (ꝛ si nō demōstratiua) ꝓbabiliora argumētis Joā. ꝛ ideo ꝑmo argūemus. Si esset vt dicit: tunc intellectus esset in actu anteq̄ intelligeret: ꝯsequētiam reputant omnes peripatetici extraneam: ꝛ probamus eam: quoniā ex intellectu ꝛ specie fit verius vnum ſm Joan. q̄ ex mā ꝛ forma: ꝛ qḋ verius est vnum verius est ens: ergo intellectus ꝛ species sunt verius ens: sꝫ qḋ vere est, actus est: ergo intellectus per spēꝫ informatus est actus vel in actu: ꝛ intelligere est post speciē saltem natura vt Joā. voluit: ꝛ est manifestum per se: ergo intellect9 erit in actu anteq̄ intelligat.

Amplius si species distinguit̄ ſm reꝫ ab intellectu ꝛ pręcedit actum intelligendi: tunc in itellectu duo erunt recepta ordine quodā. s. species intelligibilis: ꝛ actus intelligēdi: ꝛ sic: vel erunt ambo qualitates: vel species erit qualitas: ꝛ actus intelligēdi passio ꝛ nō potest dici qḋ actus intelligēdi est passio: quoniā verius perficit intellectuꝫ q̄ species: cum species pręsupponat̄ ab intelligendi actu: tanq̄ dispositio: erunt ergo ambo qualitates vt omnes ꝯcedunt: tūc vel eiusdē speciei: vel diuersarū: ꝛ nō possunt poni in diuersis speciebus qualitatis: ergo in eadē specie: ꝛ tūc arguo: q: intellectus nō esset denudatus a specie recepti: tanq̄ a medio recipiēdi: qḋ est ꝯtra Auerroim in multis locis. ℭ Adhuc difficile esset dare illius speciei necessitatem: cum nō sit necessaria tanq̄ dispositio: nec tanq̄ medium inter puram ignorātiam ꝛ scientiā: nec vt causa actus intelligēdi: omnia eni argumenta: quę alteram harum partium probant: sunt debilia ꝛ nō excedunt naturā sermonis dialectici. ℭ Facilius ergo dicendum puto intellectionē esse speciem ſm rem: sed differre solum in modo ꝛ ratione: potest enim effectus cōparari ad intellectuꝫ potētię: ꝛ ad formā intellectus abstractam a materia quę vocat̄ obiectum intelligibile: si eniꝫ intellectui cōparetur sic passionis ꝛ intellectionis nomē sibi vendicat. ℭ Si āt obiectum respiciat intelligibile: cuius est similitudo: sic rationē speciei retinet: erit ergo vna res absolute, lꝫ modi intelligēdi illaꝫ sint diuersi. ℭ Et tunc ad primū argumētū Joānis pꝫ qualiter intellectio non est sola passio ſm nos: nec ſꝫ eum: sed est qualitas spiritalis: vt dixi.

Ad secundam pꝫ solꝰ: lꝫ eniꝫ illa res quę est intellectio maneat: non tñ sub illa ratione: sicut cum remaneat albedo quę fuit fundamētum similitudinis: eadē res remanet: quę fuit similitudo: nō tamen remanet sub ea ratione. ℭ Et sic cessante intellectione nō cessat species: quoniā non cessat intellectio nisi ſm rationem: non simpliciter.

Ad tertiam constat solꝰ: quoniā nec intellectio est causa speciei: nec spēs intellectionis: cum sint idem numero ꝛ re differunt rōne.

Ad quartam forte q̄ nō est incōueniens q̄ obiectum in phantasia sit causa partialis intellectionis: vt declarabitur post.

Ad quintam iaꝫ scisti solꝰ in libro de anima. 2° cō mento. 5. vbi docuimus actum primuꝫ ꝛ scdm nō nisi modo differre.

Ad vltimam solꝰ pꝫ: illa eni multiplicitas est ſm modum: ꝛ nō ſm rem sicut sępe declaraui. ℭ Intellectio ergo ꝛ species intelligendi sunt vnū re ac ſm fundamentum: differunt tñ ratione ꝛ mō intelligēdi: semꝑ eni vitanda est superfluitas quātū est posse.

ℭ Caput 44m: in quo tractatur scunda quęstio.

Questionem quoqꝫ scdaꝫ Joan. in q̄stionibus tertij quęstione. 15. persoluit: cum enim inuenit inter speciē intelligibilem ꝛ phātasma: habitudinē necessariam ac essentialē: ꝛ inspexit q̄ omnis habitudo essentialis ꝛ necessaria est causę ꝛ causati: opinatus ē q̄ vel phātasma causa sit speciei vel ecōtra: ꝛ cum inspexit speciem nō posse esse causam agētem ipsius speciei: dedit phātasma esse causam ꝛ agētem ipsius speciei intelligibilis: ꝛ q̄ intellectus agēs sit causa actus intelligēdi: vt prolixe loquit̄: ꝛ sic opinatur phātasma esse tanq̄ agēs in virtute intellectus agentis: ipsius speciei intelligibis: quę est intellectui potētię: vt dispositio ꝓ actu intelligēdi. ℭ Sꝫ hęc positio pōt multipliciter intelligi: vel enim Joan. opinatur intellectū agentem ꝛ phātasma esse causas agentes: ſm diuersos ordines: vel ſm eundeꝫ: si ſm diuersos: vel q̄ intellectus agens sit tanq̄ causa vniuersalis sicut sol: ꝛ phātasma tanq̄ causa particularis: sicut homo respectu generationis hominis: vel q̄ phātasma sit tanq̄ instrumentū: ꝛ intellectus agens sicut principale ꝛ ars. v. g. sicut semen respectu patris: vel securis respectu incisionis: si autꝫ ſm eundem ordinem: vel equę principaliter sicut duo trahentes nauim: vel vnum eoꝝ principalius altero: vt semē patris ꝛ matris in generatione fetus apud medicos. ℭ Nō potest fingi primus modus: quoniā tunc totale agens proximuꝫ speciei intelligibilis esset phātasma: qḋ est impossibile: quoniā tunc effectus pręstabilis causaret̄ ab agente viliꝰ: ꝛ natura corporalis ageret tanq̄ cā totalis: in naturaꝫ spiritalem: qḋ est manifeste falsum: ꝛ alia multa. Nec pōt fingi scdm: quoniā nullꝰ agens eternum vtitur instrumēto nouo tanq̄ moto ab eo: in cuius motione cōsistit tota ꝑfectio secunda illius: vt declarauimus alā. Si dicat̄ q̄ ęque principaliter ꝯcurrunt: tunc essent ęqualr̄ digna ac neutro neutrum esset pręstabilius.

Amplius si intenderet̄ virtus vnius: alterius virt9 superfluit: vt si intenderet̄ virtus vnius trahētis nauim: alter superfluit. ℭ Et ideo videt̄ mihi q̄ phantasma in rōne naturę particularis ac ꝓpria virtute: ꝛ intellectus agēs propria virtute ꝯcurrunt: sicut duę causę partiales facientes vnaꝫ totalē: itaqꝫ nec intellectus agēs habet virtutē suam a phātasmate: nec ecōtra: sed tantum est ibi differētia penes pricipaliter ꝛ minus principaliter intellectus eniꝫ agens principalius ꝯcurrit: q̄ phātasma: quoniā pstabiliori modo. Nec est semotū imateriale causari a materiali: tanq̄ a causa partiali. Et vniuersaliter nobile ab ignobili hoc mō: ꝛ hoc profecto pacto dicendū est apud nos: quicquid dicat Joā. q in hoc errauit multis modis. Quę quidem de intellectu practico ꝛ speculatiuo dicenda erant hęc ꝛ tot sūt. Et sic finis sit Quinti libri de intellectu, domino concedente.

¶ Augustini Niphi de intellectu: Liber. VI. Qui est de statu anime.

¶ Caput pᵐ: in quo narrat̄ intētio libri: ⁊ ordo dicendoꝝ.

Que dicta sūt in his de intellectu suppōnantur vt de origine aīe, im̄oꝛtalitate, sepabilitate, ⁊ multitudine. ¶ Rursus ⁊ q̄ in cōmento nostro d̄ aīa: ⁊ in libro de beatitudine dīa confesse subycienda. ¶ Consequēs ē de statu aīe pertractare: est autē status eius terminus vltimus vel oīum actuū gesta ac pmāsio: vel beatitudo oīum bonoꝝ ꝯgregatione pfecta: vt pbi dicunt: inuenimus aūt hic diuersas positiones: qm̄ quidā statum eius in corpore ponūt: quidā ꝙ post corporis solutionē: ⁊ qꝛ ipsa in corpe prior est seipsa extra corpus: ꝯsequens est: vt p̄ positiones de statu aīe tractemus q̄ ipsam in corpore tm̄ stare ꝯstituūt. ¶ Deinde positiones eoꝝ: qui eam post corpis solutionē stare ac pmanere sentiunt. Est aūt p̄ tractatio hec honorabilis appetibilis ac difficilis: honorabilis qm̄ sicut Arist. dicit in 8ᵒ topicoꝝ capite. 4. dimidere aūt hoc est; vt qm̄ disciplina a disciplina melior aut in eo ꝙ certior est: aut eo ꝙ melioꝝ: qm̄ optimū oīum nālium animus est: ⁊ quāto erit optimus qn̄ in eo perfectionē ⁊ statū ac quietē intelligimus: ergo ꝑtractatio nostra honorabilis est: cū de re honorabili ac optima sit. ¶ Appetibilis vero qm̄ desideriū humanū est velut via, status aūt terminus: ergo cū hec tractatio est de termino nr̄i desiderij: erit ⁊ sūmopere desiderabilis. ¶ Ex hoc difficilis ac ardua res pfecto quilibet credat: sūt enī tot viri: q hac in re cespitarunt: ꝙ secū cespitare facerēt multos: ⁊ maxie cū in Aristo. qōnē hanc solutā nō inuenimus in libro de aīa: vbi debebat eā soluere: ⁊ sic pꝫ intētio: ordo dicēdoꝝ: ⁊ vtilitas tractatus.

¶ Caput 2ᵐ: in quo narratur prima positio in generali.

Consueuit Auerrois et oēs peripatetici in huiꝰ qōnis solutione hoc modo ꝓcedere dicēdo ꝙ aliud est intellus vt intellus: aliud intellus vt aia: si eni cōsideraꝶ intellectus vt intellus: vt sic est infima intelligentiaꝝ: et in ꝯfinio separatoꝝ ac maximū subiectū oiuꝫ eoꝝ: et hoc mō medio nō eget: nec intrinsecō: cuꝫ per essentiam eius sit mā intellectualis: et ꝑ essentiā eius sit subm: iō non eget potētia diuersa ab essentia per quā suscipiat deū vel alios superiores intellus: sꝫ imediate ꝑficiꝶ ab eis. ¶ Nec eget medio extrinseco. s. lumine vel intellu in habitu: qꝛ vt sic est in se ꝯsistens: et nō ad tēpus ꝯuersus: et ideo est summe receptiuus: et maxime oium superioꝝ intellectuū: et iō superfluit lumē: vt sic: et habitus vel intellus speculatiuus: et vltr oē medium extrinsecū resecaꝶ in rōne mediꝗ. ¶ Dis sequiꝶ ꝙ nō debet poni mediū: nec inouationis nec copulationis: inouationis qdē nō: qꝛ semper est: vt sic ꝯsistens et in se permanēs: copulationis vero minime: qꝛ imediate copulaꝶ abstractis et maxime supremo: vt diximus. ¶ Si aūt ꝯsideraꝶ intellus: vt anima: sic erit ꝯuersus tēpori et magnitudini aliquo mō: et sic quodāmodo erit ad extremum mālē cadens: et cū mālē sit quasi oino remotū ab intellectu puro: ꝓculdubio vt intellus conuersus copuleꝶ abstractis eget medio. ¶ Dis verificaꝶ verbū Simplicij in tertio de aia ꝙ vno mō intellus cōtinuaꝶ abstractis sine medio: alio mō per mediū: vt in se ꝯsistēs inquit: imediate ꝑ priuationem cuiuscūꝗ mediꝗ copulaꝶ vt illabens ac cōuersus ad caducū: ad hoc vt ascendat: vt sic ꝯuersus ꝓculdubio eget medio extrinseco: et sic idem cōparatū eidē copulaꝶ vnꝗ ꝑ mediū et sine medio diuersimode se habēs: vt sępe sępiꝰ superiori libro diximus per ꝯsis intellus tuus: vt intellus abstractis ꝯtinuaꝶ simplr sine medio et semꝑ: vt tuus est recessit a seipso et in caducū ꝯuersus ad hoc vt sic ꝯuersus ad deū redeat: opus est mediū copulationis et inouationis: vt dicā post: sed vtrū intellus ꝯuersus ad totam spēm humanam egeat medio optima est difficultas.

An facile solutu est qꝛ vt conuersa ad speciē tm intelligit hodie: ꝗ eterno tempore: vt in cōmento libri de aia explicauimus: et per ꝯsequens semꝑ intelligit ergo nō eget medio inouationis. i. per qd nunc copuletur: et nō prius: qꝛ semper vt sic: est copulata. ¶ Eget autē medio vnionis: qꝛ siue sit ꝯuersa ad speciem: siue ad indiuiduū: proculdubio est in extremo ꝓposito: ergo summe egens medio: per qd copuleꝶ primo intellectuali. i. medio eleuationis eius vt sic: et hoc Latinis declarabiꝶ caplo sequēti quō qdem eget medio: et quō nō: his perspicuū.

¶ Caput 36m quo explicaꝶ pō hec sꝫ fundamēta huiꝰ pbl.

Quid oportet accipere in declaratione ꝑdictoꝝ est: ꝙ intelligibiliū qdam sunt talia per accns: qdam vero per se. Per accns qdē sunt negationes: ꝗ per affirmationes intellm perficiunt: priuationes ꝗ ꝑ habitus intelliguntꝶ: potētię ꝗ per actus capiuntꝶ: singularia ꝗ per vlia habentꝶ: respectiua ꝗ per absoluta tenenꝶ. ¶ Dis sequiꝶ ꝙ intellus pmo et per se perficiꝶ ab intellectis affirmatis positiuis actibus vniuersalibꝰ et absolutis: et sic intelligibilia per se sunt intellecta affirmatiua positiua actus vniuersalia absoluta: vt liqꝫ. ¶ Intelligibiliū vero per se: qdam sunt actu intellecta sm eoꝝ nām: et hec sunt intellectus separati: qbus duplex esse ꝯcediꝶ. s. intētionale et reale: sm esse reale perficiūt orbes: vt in cōmento nro de aia diximus. Scdm esse intētionale perficiūt mām intelligibiliū: que est intellus mālis vt dicit Auer. et oia hec intellecta vlia ꝯstituunt totā felicitatē: de qua est qō. s. quo medio intellectus ꝯuertaꝶ vel eleueꝶ in hec. Alia vero sunt sm eoꝝ nām intellecta in potētia: et nō intellus: vt dicit Auer. et hec ꝓculdubio sunt duobus modis. s. composita seu cōplexa: et simplicia seu incōplexa: pmo mō intellecꝰ nō recipit illa nisi rōne extremoꝝ: vt superiori libro docuimus: scdo mō vt formę substātiales vel accidētales habent duplex esse: vnū reale et aliud intētionale: pmo mō sunt perficientes mām physicā: scdo modo adhuc hnt esse vel vltimatē abstractū: et sic sunt formę intellectus perficiētes eum sm hoc eē. Uel medio mō abstractū: et sic sunt formę Diaphani sensus et viriū intrinsecaꝝ vt liquet. Esse autem abstractuꝫ habet latitudinē: vt docuimus in loco ꝑdicto: quoniā aliqd est infimum: vt quidditas speciei aliquod supremū: vt simplicissima forma vt ens: vt dicit Auerro. in 3o de anima cōmento. 10. ¶ Erit ergo intētio declarationis explicare modū quō intellectus ꝯuersus ad hec resultet in illa intelligibilia per se pmo mō: Joānes ergo Jando. qui aliqn in Auerroica familia habitus est ꝑcipuus: in qōnibus tertij de aie dedit duos modos: et primus est ꝙ cōpleta generatione intellectus speculatiui: intellus agens causat speciē intelligibilē suiꝗ qdem species est noua qlitas intellectus potētię: qua ipse ꝯuertiꝶ in cōprehensionē intellus agentis: intellectus ergo speculatiuus est qdam dispositio intellectus potētię: qua eleuaꝶ ad suscipiendū illā spēm: qua intelligiꝶ ille intellecꝰ: quēadmodū lumē dispositio est Diaphani ad hoc vt ꝑficiaꝶ a colore: hinc pꝫ qliter intellectus speculatiuus est mediū inouationis et copulationis: est mediū inouationis ꝓ quāto nō semper nobis habitꝰ est. Copulationis vero ꝓ quāto nos ꝯtinuamur illis per hunc.

Amplius opinaꝶ hic alium modū: inquit eni ꝙ qdlibet intellm est effectus intellus agētis: ergo quot sunt intellecta tot sunt gradus virtutis existentes in intellu agente: qñ ergo intellus potētię recipit vnū actuꝫ: cognoscit intellm agentē sm vnum gradū virtutis qñ plures tunc sm plures: et qñ oēs tunc ꝯuertiꝶ ad eum sm oēs: ergo intellus potētię intelligendo illos effectus ꝑ se: cognoscit essentiā intellus agentis quasi a posteriori. ¶ Albertus aūt in multis locis ꝙ lumē intellus agentis ꝑ intellecta fundaꝶ: quēadmodū solis lumē per colores: cuꝫ igiꝶ lumē co-

poris luminosi est quodammodo totū luminosū corpus: sit ꝙ si oculus aliqs esset cōprehēdēs luminis partē: partē ēt illi⁹ corpis apprehēderet: ⁊ si totū: pculdubio ⁊ totū corp⁹ luminosū: ⁊ cū ita sit relinquit ꝙ cū per intellm potentię aliqđ intellectoꝝ intelligimus: ēt tunc partē agētis illuminātis capiemus quare si oīa itellecta adepti erimus: pculdubio ⁊ totū intellm agentē adepti erimus: ⁊ cū totū hoc est post fieri: ergo ⁊ post factū. intellīs ergo speculatiuus ē mediū copulationis ⁊ inouationis: hoc mōd̄ sm̄ hos.

¶ Caput 37ᵐ: in quo refellitur positio hec.

Et si Alberti positio differēs videat ab illa scđa Joānis re congruūt. Albertus eni per lumē agentis nihil aliud vult nisi ei⁹ virtutē faciēdi intellecta potētia esse actu intellecta: ⁊ p lumē diffusū in illis: nihil aliud nisi gradus abstractionis: lumen ergo erit gradus abstractionis: ergo quātū ad hoc nō differunt nisi forte aliomō de quo nō curo: sed quomodocūqȝ sit primus modus Joānis plures implecit calūnias: pmo: qꝛ tunc hō nō intelligeret substātias separatas intellectione quę est substātia eaꝝ. i. per essentias eaꝝ: sed per aliqđ accidēs causatum in nobis: ⁊ hoc refellit Auer. 17 cōmen. 12 metha. ⁊ nos scripsimus ꝯtra hoc in epla de felicitate. ¶ Amplius tūc nos nō intelligeremus illas intellectione eterna: qꝛ itellectio vel ē spēs vel causata a specie: ⁊ cū illa species sit noua: ⁊ itellectio erit noua. ¶ Adhuc tunc hec intellectio seu copulatio eēt sm̄ agens: ⁊ nō sm̄ formā: qꝛ cōparat nobis: ⁊ tūc vt agens itellectionis: ⁊ nō vt essentia q̄ intelligim⁹. ¶ Rursū tunc intellm hēret itellm: vt arguit Auer. 3 Alfarabiū cōmē. 8ᵒ: ⁊ sic daret abstract⁹ abstractissimo. ¶ Amplius tunc intellīs agens nō primo esset ꝯiunct⁹ q̄ per illius essentiā intelligeremus: vt dicit Auer. ⁊ ꝯña tenet per se. ¶ Itē nullum est accidēs nouū: neqȝ antiquū in substantijs separatis: nisi dependeat a re mātli: vt cōmē. 17. 12. metha. colligit. ¶ Pręterea tunc a substantijs separatis proueniret nouū immediate: ꝯtra fundamēta Auer. ¶ Deinde scđs modus est pessimus: nā intellīs agens intelligeret aliqđ extra se, qꝛ intelligeret se: qꝛ tūc itelligeret gradus suę virtutis: q̄ itellecta: quoꝝ ꝯtinet gradus. ¶ Adhuc illa cognitio esset abstractiua: esset eni ab illis cōprehēsis: vt effectu: ad illū apprehēsum: vt causa. ¶ Rursum illa intellectio esset per essentias inferioꝝ cuius oppositū dicit Auer. 12. metha. cōmē. 17. d. relinquit igit: cū iste intellectus fuerit denudatus a potentia: vt intelligamus per ipsum sm̄ ꝙ actio est sua substantia. ¶ Dicam autē argumenta alia contra hos alibi: nunc autē sit dictum in tm̄.

¶ Caput 38ᵐ: in quo replicantur q̄ōnes super hoc.

Questiones autē quę accidūt in opinione Auer. hę sunt: qꝛ si intellectus agens copulat nobis per intellm speculatiuū: tanq̄ per mediū: inter eos erit habitudo aliqua: vel igit indiuidui ad vle: vel effectus ad causam agentē: nō intellectus speculatiu⁹ ad agētem nō hꝫ habitudinē indiuidui ad vle: intellīs eni speculatiuus nō est indiuiduū agentis: nec hꝫ habitudinē effectus ⁊c. qꝛ tunc illa intellectio esset discursiua: qđ Auer. destruit ꝯtra Auempace. ¶ Amplius vel intellectus potētię est felix in tota specie humana: aut nō: si nō: ergo intellectus speculatiuus nō esset perfectus in maiori parte sui subiecti: si sic: ergo intellectus potētię esset felix in hoc tpe: in quo nullus hō esset felix: qđ est ꝯtra Auer. qꝛ quicquid cōpetit intellectui in scopꝫ vt cōpetat alicui certo homini: aliter cā copulationis nihil esset. ¶ Rursum sequeret ꝙ vno vel duobus intellectis amissis: hō felix nō amplius esset felix: qꝛ vt dicit Auer. intellīs speculatiuus est nobis successiue acquisibilis: ⁊ sic agens ergo sicut ille deperdibilis: ita agens. ¶ Adhuc tūc hō vno instāti intelligeret oīa intellecta: qꝛ ille non acquirit nobis nisi oībus illis: q̄ nō est in actu nobis: nisi oībus illis: ergo actu plura: imo oīa intelligeret: qđ admiratione dignū est. ¶ Item qꝛ felix tūc nō intelliget speculatiua qꝛ per regulam Auer. quicquid intelligit inferius intelligit superius: ⁊ nō ecōtra: ⁊ sic opꝫ dare modum: quō intellectus speculatiuus sit mediū: quo copulemur illis substantijs abstractis.

¶ Caput 39ᵐ: in quo explicatur mens Auerrois.

Tandem mihi apparet: ꝙ sicut intellectus lunę dependet a deo tribus modis causę. s. efficiētis formę ⁊ finis: sic intellectus speculatiuus depēdet tribus modis cāe a substātijs separatis: ⁊ pcipue a deo: scilꝫ in genere efficientis formę ⁊ finis: dicaꝫ ergo ꝙ quēadmodū intellectus lunę intelligit deū per essentiam dei in rōne formę ⁊ finis: ⁊ per essentiā ppriam in rōne agentis: ⁊ quasi a posteriori: ita nos adepti ac formati itellectu speculatiuo: dependemus ab abstractis: ⁊ primo intellu. s. deo: tribus modis depēdentię. s. finis formę ⁊ agētis: ⁊ hoc vt Auer. dicit. 12ᵒ metha. cōmē. 38. s. quō cęlum dependet ab illo: semper tribus generibus causarū: sic nos quādoqȝ: vult dicere qꝛ intellectū speculatiuū acquisiuimus: ⁊ tūc illis tribus modis depēdemus: ergo quēadmodū intelligētia inferior intelligit primā per duplicē essentiā declaratam: ita tunc nos per essentiā nostrā formalem. i. essentiā intellīs speculatiui: oēs motores separatos: ita ꝙ per essentiam intellīs speculatiui intelligit hō: tunc eos vt agentes: ⁊ per essentias eoꝝ: eos vt formę ⁊ fines. ¶ Ex his concludit pmo: ꝙ maiori vnione copulemur intellectis separatis in hac dispōne: q̄ vli copulet indiuiduo: qꝛ vle nō copulat indiuiduo: nisi in genere formę: nō agētis: neqȝ finis: ille aūt copulant nobis tribus modis cāę: ergo sumus tūc pportiōes intelligere eas mediāte itellu speculatiuo adepto: q̄ per indiuiduū vle. ¶ Adhuc ꝯducit scđo: ꝙ cū forma ꝯsistat in indiuisibili: ⁊ agēs successionē sumat ab effectu: quē successiue pducit: relinquit ꝙ deus vt agēs successiue intelligit: put nos successiue depēdem⁹ ab eo: magis ac magis ab eo: eū aūt punq̄ intelligimus: vt forma: nisi in fine: qꝛ. s. p essentiā eius intelligimus: ⁊ sic verificat verbū Auer. in 3ᵒ de aīa in calce cōmē. 36. cū successionē videat ꝯcedere: ex pte vtriusqȝ intellīs. s. speculatiui ⁊ agētis: logt eni de eo: vt agēs est: qꝛ vt forma ac finis: est tanq̄ terminus totius successionis: ⁊ per consequēs in indiuisibili cōsistens: ac subito acquisitus.

Rursum ⁊ tertio ꝯducit q̄ intellīs speculatiuus nō est dispositio ꝯseruās intellm agētē in nobis: vt forma est: eo mō quo dispō acqsitionis: ⁊ ǵ. quēadmodū in cōposito nāli: qꝛ acquirit forma aliud est dispō in fieri: aliud in facto: ita ꝙ in fieri requirit calor: vt. 8. ⁊ humidū: vt. 8. attamē respectu formę ꝯseruādę minor dispositio requirit: vt pꝫ in senibus: sic in acqsitione itellīs vt forma reqrit totus intellīs speculatiuus: vt aūt ꝯseruet nobis forma: sufficit vnū vel duo itellecta: interminata tn̄: ⁊ hinc sequitur: vt non liq̄at admisso vno vel duobus itellectis admitti intellm agentē: vt forma: donec ergo aliqđ speculatiui intellīs nobis aderit: ⁊ copulatio illa: vt forma nobis aderit: minor eni est dispositio in ꝯseruādo q̄ in generando: pro generatione itaqȝ intellīs agētis: vt forma requirit totus speculatiuus: pro ꝯseruatione vero sufficit aliquid illius quicquid sit id: quoniā quēadmodū acquisitio fuit in diuisibilis ⁊ in fine sūmę dispositionis: ita deperditio fiet idiuisibilis: ⁊ in fine dispōnis corruptiuę. ¶ His itaqȝ acceptis sol. ad quęstiones propositas constat.

Ad primam

Ad primam dōm: q habitudo intellectus speculatiui ad agentē est maior q̄ effectus ad agens: z q̄ formę ad mām: vt manifestū est: q̄a aggregat vtraqʒ: z eo fit: vt intelle agens continueť nobis: vt forma in fine intellectorum speculatiuorum.

Ad secundam Subgenus credit q nunq̄ intellect⁹ est in se felix: quin aliqd̄ indiuiduum hoīs sit felix in aliqua regione: quicqd̄ enim inest intellectui: vt intellectus: inest alicui hoī. ¶ Sed iste ꝯtradicit Auerroi in multis locis: dixit enim Auerrois in tertio maxime cōmēto 20° q intelle in se semper est continuus substātys separatis: nobis aūt nō semper: nisi post adeptionem intelle speculatiui: z cōtra hoc possem inducere multas rōnes: sed nō curo: ideo dico q nō opʒ: vt qcqd̄ inest intellectui in se actu: insit alicui indiuiduo hoīs actu: sed sufficit q possit inesse quādo acquisierit medium dependētię in tribus illis generibus causaꝝ ab intellu agente.

Ad tertiam sol. est perspicua: declaratum est enim aliā esse dispositionem acquisitionis aliā ꝯseruationis: totus eniʒ intelle speculatiuus est dispositio acqsitionis: sʒ modicū illi⁹ est dispō ꝯseruationis.

Ad quartam dōm: q felix in instanti copulationis intelligit oīa abstracta: z forte oīa vel quedā intellecta materialiū: nec vna hāꝝ alteram ꝓhibet: cum sint diuersarū rōnū: z iō cōmēto 5° inqt q cognitio subaꝝ separataꝝ nō impedit cognitionē rerū materialiū: felix ergo intelliget separata per essentias eoꝝ z materialia per intellecta eoꝝ. Quō qdem igitur intelle agens cōpareť nobis duobus modis: vt agens: z vt forma: z qualiter in fine copulať: vt forma: z non in ꝑncipio. Et quō intelligimus substantias separatas: z qd̄ est totū fundamentum copulationis: z medium: hīs perspicuum est.

¶ Caput 40m: in quo inducuntur argumenta cōtra tertiaʒ questionem.

Erat autem questio 3ª difficilis multum: z ideo in ea ꝓcedaʒ sm̄ fundamenta philosophoꝝ: q̄a in fine declarabo mentem Aristotelis quantū ad hoc arguit ergo Alpharabius in nicomachiis: si felix esset aliquis in statu mortali: tunc viuere nō posset per tres vel quattuor dies: cōsequētiā declaro: q̄a iste nō dormiret: nec comederet: nec biberet: nec act⁹ nāles exerceret: quod ꝓbo: quoniam vel in somno intelliget per essentiaʒ agentis: vel nō: si sic. ergo sine actuali speculatione alicuius posset homo intelligere: z si no: ergo nunq̄ dormiret: q̄a nunq̄ auerteret intellectū ab ea. ergo nec sensus a phantasmatibus pluribus vel oībus zc. z sic argui potest in alys. ¶ Amplius arguit ꝑnceps theologoꝝ: oīs felix est imortalis: nullus existens in hac vita imortalis: ergo nullus existens hic felix: maior ꝓbať: q̄a si amitti potest: aut ergo beatus amittit eam volens: tunc non est beatus: quia non hʒ qcqd̄ vult: aut nolens: aut neqʒ nolens: neqʒ volens: z ad vtrūqʒ illoꝝ sequiť: q felix nō sit felix: q̄a nō amat beatitudineʒ: imo si volens amittit odit eam: si neutraliter: tunc nō existimat eam: nō ergo est status vere felix. Uel sub hac forma felix in hoc statu vel amittit vitam volens: aut nolens: aut neutralr: z quocūqʒ dicatur: ꝓculdubio felix erit nō felix: z hoc potro arg᷑ fuit Augustini theologoꝝ ꝑncipis.

Secundo ꝓbať maior: forma quę tollit a sua materia oēm priuationē ꝯstituit cōpositū incorruptibile: pʒ de cęlo: sed felicitas tollit a nā felici omnē priuationē: q̄ imperfectionē z potentiā: cum sit actus vltim⁹ in suo ordine: magis q̄ forma cęli in ordine formaꝝ substātialiū. ¶ Tertio tūc beat⁹ z felix posset fieri miser. ¶ Ad ꝑncipale arguitur: omne repugnans alicui virtualr prohibet id ne sit: q̄a ipsuʒ est. sed corpus mortale repugnat virtualr beatitudini: ergo repugnat aīam copulatam corpori felicitari: minor declarať: cum eniʒ appetitus sensitiuus in hoīe mortali inclineť ad delectabile: z appetitus sensitiuus natus est appetitū intellectiuum deordinare: felicitas autē nō cōpatiť in appetitu intellectiuo aliquā deordinationē: nec in sensitiuo: q̄ summa delectatio amouet oēm tristitiā: nō solū oppositā: sed cōtingentē: z per ꝯ̄ns nō sinitur appetitus sensitiuus habere tristitiā passionē z sic mortalitas impediť ab effectu: qui natus est consequi: z per ꝯ̄ns repugnat mortalitati felicitas rōne repugnantię effectuū nālr cōsequentiū: quę repugnantia est virtualis qualis inter solem z aquā. ¶ Adhuc ad aīę felicitatem requiriť felicitas corporis: sm̄ q corpori debeť: sed felicitas corpori nō pōt inesse dū est in vita mortali. ergo repugnat aīę corpori vnitę felicitari. ¶ Rursum felicitas est compręhensio abstractorum per essentias eorum: scilʒ intuitiua: vt videbiť: sed animę corpori vnitę non competit intelligere nisi abstractiue. ergo repugnat ei felicitari.

Postremo tunc oporteret felicez acqrere omnes virtutes morales: cōtra Auerroim: qui vult vt illę cōsequanť hanc dispositionem: z non q pręcedant: vt perspicuum est. argumenta ergo quę faciūt aduersus positionem hanc hęc z tot sunt.

¶ Caput 41m: in quo explicatur positio Auerrois.

Solutio quidem Auerrois ꝓculdubio in ꝓhęmio primi z octaui physicę auscultationis est q intelle corpori cōtinuus: vel hō intellectu cōiunctus: potest copulari abstractis: ꝓpterea inquit: z declaratū est in sciētia morali q esse hoīs in sua vltima ꝑfectione est ipsuʒ esse perfectū per scientias speculatiuas: vult dicere: tam abstractoꝝ per essentias eoꝝ: q̄ māliū per intellecta abstracta in se. Et declaratuʒ est q ista dispositio est fortunitas vltima: idest felicitas hoīs sm̄ q hō: z sm̄ fatuos vita ęterna: nam esse vitā ęternam hoī illi fatuū est apud ꝓhos: erit q̄ felicitas vltima in rei veritate: sʒ falso sic dicere eam esse vitam ęternā: ecce q̄ aperte z luculente soluit qōnē hanc: felicitas ergo stat cū mortalitate apud Auerroim: z per ꝯ̄ns intellectū copulari abstractis: vt continuus corpori mortali: nō est remotū apud eum. Propter qd̄ Anaxagoras qui totius vniuersi genitorē z patrē dixit esset intellectū purū z īmixtū: dicebat omnes formas esse ex hoc q intelle ille lumine suo aduniat similia in natura: z cōponit ea irradiādo supra ea: z ideo cessante hoc supra quo fit irradiatio nō relinquiť: nisi vnicū z simplex lumen purū z nīphum in se: z in hunc sermonē Abubacher maurus venit: ponens rōnalem aīam vnicū z separatum lumen esse intelle primi. z iō esse vbiqʒ z semper: z cōtinuari per modum irradiationis cum purioribus animabus corporuʒ organicoꝝ: in potentys spiritualioribus: quę sunt imaginatio z phantasia: z q̄ separatū est vbiqʒ z semꝑ ideo nō potest dici huius vel illius: eo q̄ forma nō pōt dici huius vel illius: nisi per puntuationē ad mām: ꝓpter qd̄ deficiente eo: ꝓpter qd̄ irradiat vnicum z idem ex oībus irradiať: z sic pʒ qs status est animi in corpe mortali sm̄ hoc: z qs post mortē: z qualiter corpus mortale nō prohibet copulationem illam.

¶ Caput 42m: in quo inducuntur arg᷑ pro hac positione.

Declaratum est capitulis habitis intellectū: vt intelle est: posse copulari abstractis: z q aliquando copuletur multis rationibus cōfirmauimus: aliter enim potentia ociosa esset: vel igitur copulabitur illis dum corpori continuus est: aut post mortem. Non post mortem: q̄ tunc rationalis anima naturali desiderio appe-

teret mortem ⁊ solutionē eius a corpore:cōtra Aristoteleꝫ ⁊ oēs peripateticos ⁊ theologos:etiam probatur cōsequentia:omne enim appetens nālıter finem aliquē:appetit oia media ad illum appetitu nāli:⁊ remotionē impedimētoꝝ eodē desiderio:sed aia rōnalis appetit naturalr copulari illis.ergo ⁊ oia media:⁊ remotionē ipedimentoꝝ:quorum vnuꝫ est vnio animę ad corpus:⁊ sic appetet remotionem vnionis.ꝗ dissolōnē.Ergo copulať illis dū corpi vniť.

Amplius ad qd̄ sequiť obliuio totius sciētię habitę nō pōt esse dispositio ad copulationē illā. Sed ad separationē aię a corpore seqť obliuio totius scię: vt Alexāder ostēdit:qm̄ ad egritudinē aliquā seqť obliuio: ergo ad terribilissimū oium simplr ablatio totius sciētię.

Rursus omnis perfectio adęquata alicui pfectibili pōt habere oēm operationē possibilē dū est in illo:hęc enim est perspicua ex declaratione terminoꝝ: sed aia rōnalis est adęquata perfectio corporis humani.ꝗ pōt habere oēm opōnē possibilē:⁊ sic felicitari. ⁋ Adhuc cuicūqꝫ nō repugnat maius:nec minus repugnabit:sꝫ corpori apud oēs nō repugnat aia:vt actus primus:nec repugnabit aia sub actu scdo:qm̄ actus scds est infra primuꝫ:est enim operatio sequens essentiam.

Item si copulatio illa repugnat aię corpori coniunctę: vel erit ex pte agentis:vel passi:non agentis:qm̄ deus:siue forma sit aię felicis:siue agens actus felicis:proculdubio sicut post mortē potest esse forma:vel actū agere: ita ⁊ dum corpori est vnita. Nec ex parte passi:qm̄ vel simpliciter:sicut lapidi repugnat sapiētia:vel sꝫ qd̄:sicut subo existenti sub vno ꝯtrario repugnat esse sub alio pro tunc. ⁋ Nō simplr:qꝛ tunc nūq̄ posset felicitari:sicut nec lapis scire:nec sꝫ qd̄:qꝛ illō nō eēt nisi qꝛ eēt aliqd in passo.s.aia. rōne cuiꝰ nō pōt ipsa copulari illis:vel illud ꝗ erit mortalitas corporis:vel inclinatio appetitus sensitiui ad oppositū rōnis:vel modus intelligēdi abstractiuꝰ aię:vt sic:nō mortalitas:qꝛ tunc in vita hac nullus fuisset felix:cōtra theologos ⁊ phos:theologos qdē:vt de Paulo Stephano:⁊ aliis affirmant. Philosophos āo:qm̄ Socrates felix poniť in phedone. Mercurius in pimandro hoc de se narrat in principio libri:⁊ maxime cū mortalitas nō sit formalr opposita copulationi aię vt sic nec virtualr:vt per 2ᵐ mēbrū dicam. Nec inclinatio appetitus sensitiui ad corpalia contra rōnē:qm̄ sicut vsus appetitus circa deordinatos actus relinquit habitus in parte aię rōnali:vt ipsa oino recedat a speculatione:sic cōuersio appetitus ad intellectū:p frequētes acꝰ virtutis pōt relinquere habitū appetitui:quo oino obedit rōni:⁊ nō retrahit ad oppositū:vt patuit in Socrate:qui accipiēs venenū nullā cōmotionē passus est in sensitiua parte:circa vltimū terribilissimū.s.mortē:vt de eo scribit Plato in phedone:ergo pōt remoueri ab appetitu sensitiuo ois inclinatio ad oppositū rōnis:⁊ relinqui habitus obedientię simplr ad rōnē:⁊ sic merito huius corpus non repugnat felicitati aię:nec formalr:nec virtualr.

Amplius idem cōfirmať:vel ista inclinatio ad acꝰ oppositos rōni remanet post mortem:vel nō:si nō:ergo nō remanebit post mortem nisi intellꝰ:⁊ sic nō esset eadē res aia rōnalis sensitiua ⁊ vegetatiua:⁊ ita si remanebit regio sensitiua:opꝫ vt remaneat inclinatio quę fundať in ea:vt in subiecto:si igitur remanet talis inclinatio aię post mortē.ergo eadē ratione post mortē aia erit impedita ab hac inclinatione.⁊ ergo opꝫ vt in vita hęc inclinatio:vt dicā:penitus amoueať adhoc vt post solōnē penitus libera perficiať a p̄mo lumine:⁊ sic possibile est:vt acquirať habitus obediētię hic oino ⁊ penitus:⁊ per ꝯñs animę rationali:vt sic non repugnabit copulatio illa. ⁋ Nec postremo potest repugnare ꝓpter modū essendi eius:qm̄ hic modus essendi nō variat nām speciei:⁊ per ꝯñs si possibile est aię tunc:⁊ nunc est possibile oino. ⁋ His argumentis acceptis dicerēt Auerroici deū posse esse formā itellectui: vt intellꝰ:⁊ vt corpori cōtinuus est:intellectui aūt vt intellectus:prout sic oino semotus est a ꝓhibentibus copulationeꝫ:⁊ prout est mā vera oium seperatoꝝ spiritualis ⁊ intelligibilis. ⁋ Ut corpori ꝯtinuus:qm̄ corpus non repugnat illi copulationi:nec formalr cū nō sit cōtrariū deo:vt foīa formę:nec ꝓpter virtualē ꝯtinētiā declaratam:hoc est:nec ꝓpter mortalitatē:nec ꝓpter inclinationeꝫ ad oppositum rōni nec ꝓpter modū essendi:qm̄ ergo erit remota inclinatio penitus ab appetitu sensitiuo:⁊ et iductus modus:quo possit eleuari ad illa:scilꝫ intellꝰ speculatiuus:tunc fiet copulatio aię hois:vt mā:ad eū.s.deū:vt foꝛᵃ:⁊ hęc copulatio.

⁋ Capit 43ᵐ:in quo declarantur duę quęstiones cōfirmatione pręedictorum.

Et cum hęc ⁊ tot sint visa:opꝫ:vt ad planiorē intellectū horuꝫ quęramꝰ p̄mo:qd sit mediū positiuuꝫ copulationis aię corpori cōtinuę ad illa. ⁋ Scdo vtrū sint necessaria doctrina ⁊ virtutes morales ꝓ copulatione illa ⁊ quō. ⁋ Prima qdē questio dissoluiť per hoc qm̄ aia corpori cōtinua feliciťaŕ solū ꝓut est mā actu p̄m ę intellꝰ ⁊ alioꝝ:est aūt mā primi intellꝰ qn̄ est totalr pręparata ad illū:est aūt totalis pręparatio:vt dicit Auerrois in libro de intellectu duplex remota ⁊ ꝓpinqua:ꝓpinqua est pfectio p scias speculatiuas.s.nālē ⁊ metaphysicam:mathematicę enim nō sunt dispōnes ad illā copulationē:cum careāt fine 3ᵒ metaphysicę ⁊ sint enumeratę pp exercitiū:vt dicit Alexā.in ꝓhemio physicę auscultationis:a quo accepit Auer.ꝓhemium.Dispositio aūt remota est dialectica: nullus eniꝫ ingt Auer.2ᵒ metaphy.pōt solus inuenire has duas scias:nō eniꝫ cōplenť artes nisi per iuuamentū prioris ad sequētē:si eniꝫ nō fuisset phrynis nō talis timotheus euasisset in arte cantādi.ergo necessaria est dialectica ⁊ inuentiua ⁊ doctrinalis:sed doctrinalis ⁊ inuentiua nō perficiunť nisi per expositioneꝫ terminoꝝ inuenimus enim:vt plurimū:ex scriptis:scripta aūt sunt voces potētia:disciplinamur aūt per voces:ergo ars terminoꝝ necessaria est:quę ꝓculdubio grāmatica est:erit ergo dispositio remotissima grāmaticę:quę est grā dialecticę:dialectica est ꝓprior grā speculandi:vt organū existens ꝓxima dispositio est intellꝰ speculatiuus:⁊ maxime metaphysicus:cū igitur aia his artibus ꝑparata fuerit.ꝓculdubio intellꝰ p̄mus copulabiť ei:vt forma:⁊ hęc vocať adeptio ⁊ fortunitas vltima apud Auerroim:dispositio ergo ꝓpria ⁊ sufficiens pro copulatione est:pfectio per scias speculatiuas.Et hinc liquet q̄ pꝫ felicitatis grāmatici pticipēt:⁊ plus dialectici:⁊ q̄ plus phināles:⁊ q̄ maxime metaphysici:⁊ inde pꝫ ꝙ supfluit pro fine isto ars orandi rhetorica poesis:⁊ hm̄ nisi pro quanto quis scriptis relinquit mō aliquo hoꝝ.Superfluit ⁊ sophistica modernoꝝ:quę totā mentē occupans:ꝓculdubio felicitatem remouet:vt dicit Auerrois:ꝙ hęc indispositio accidit pluries dialecticis:⁊ alię artes multę inuentę ab abūdantia intellꝰ:penitus sūt supfluę ꝓ hac felicitate.Qd̄ qdē igiť mediū positiuū sit ꝓ hac copulatione his patet.

⁋ Capit 44ᵐ:in quo soluitur scda quęstio.

Et quia nō tm̄ pro copulatione illa regritur medium positiuū:sed ꝓuatiuū:nō enim tm̄ ignis ponit mediū positiuuꝫ in tabula:pro forma tabulę:sed remouet contrarias dispositiones:mediuꝫ ergo positiuum felicitatis est adęptio intellꝰ speculatiui:mediū aūt priuatiuum est ꝓuatio inclinationis in parte sensitiua ⁊ vegetatiua.ergo opꝫ vt hęc inclinatio remoueať:modus aūt remouendi

uendi est per habitus virtutis: qui fundanť in pte sensitiua: ad hoc enim vt intell's feliciteť nullo mõ requiriť corpis felicitas: nec simplr: cũ illa sit impossibilis: nec fm qd: qm intell's: vt intell's pmo est ppter se: scdo ppter nos. Ad hoc ergo vt feliciteť hõ: requiriť vt pncipale eius feliciteť: est aũt hois pncipale regio intellectiua: quę caput est ꝛ pnceps oium eoꝝ quę cõstituunt hoiem: ad hoc aũt vt illa regio feliciteť reqriť ꝙ regiones infimę .s. sensitiuus appetitus feliciteť ꝛ vegetatiuus: regio ergo infima .s. vegetalis diuiditur in singula mẽbra: quoꝝ qdlibet est cõpositũ ex aia ꝛ corpore: habẽtia cõplexionẽ ppriã: ꝛ vegetationẽ ppriã: ꝛ forte pro felicitate huius regionis reqriť dispositio membroꝝ in cõpositione ꝛ figura ꝛ qualitate: ꝛ hęc est sanitas in cõpositione: ꝛ dispositio ptinuitatis: ꝛ hęc est sanitas in quantitate: ꝛ dispositio humoꝝ: ꝛ hęc est sanitas in cõplexione: vt dicunt medici: felicitas ergo extrinseca huius regionis est sanitas hęc triplex: est aũt felicitas appetit⁹ vegetatiui moderate vti actib⁹ per obedientiã ad rõnalẽ: quãtũ est possibile: ꝛ ideo in felici requirunť bona corpis: vel tanq̃ pars felicitatis: vel vt dispositio ad illũ: vt forte dicam. ¶ Portio aũt media .s. sensualis sequatur: hęc quidẽ eniz sensus est: illa xo ps appetitiua est sensitiuus: felicitas sensus pculdubio est finis habitus ad quẽ ordinatur: ordinať aũt ad clare ꝛ distincte sentiendũ. felicitas ergo sensus erit hęc. Sensitiui autẽ appetitus ordo est ad obediendũ intellectui: ꝛ pncipiis eius. ergo felicitas sensitiui appetitus est obedire intellectui: fm habitũ fixum obedientię: per ablationẽ penitus inclinationis ad oppositũ. ergo virtus infimę regionis est sanitas: felicitas: operatio sana. Uirtus medię regionis est habitus assuefactionis: felicitas virtus obedientię. Qd' sit xo felicitas supremę regionis declarauimus: est enim felicitas intellectus cõprehẽsio intuitiua abstractoꝝ: vt intellecta per essentias coꝝ: ꝛ amata amore intuitiuo: sed qꝛ Auerrois ponit intellectũ practicũ ordinari ad speculatiuũ: est aũt intell's practicus cogitatiua pars: quę intell's dĩ mãlis: ꝛ corruptibilis apud Auerroiz Themistiũ ꝛ Theophrastũ ideo volunt habitũ istius esse habitũ prudentię: ꝛ ꝯsequenter eius felicitas erit actus prudẽtię: ꝛ qm cogitatiuę rñdet appetitus ppriꝰ: virtus appetitus cogitatiui erit cõnexio virtutũ moraliũ cuz prudentia: ꝛ felicitas eius est actualis inclinatio fm illas virtutes ad iudiciũ prudentię. Qd' ergo sit felicitas infimę regionis: quidue medię: ꝛ qd intell's ꝛ appetitus mãlis: iã dictũ est: dispositio ergo puatiua est habit⁹ virtutũ oium regionũ: qm ergo hic habitus fuerint: tunc tolletur ois inclinatio partis sensitiuę ad oppositũ rõnis: ꝛ tũc tota regio sensitiua ꝛ vegetatiua incentranť ad intellectũ: adeo ꝙ hoc corpus sub tali dispositione operabiť oia: fm rõnẽ ꝛ sic operatione equiuoca ad hoies alios: ꝛ sic intellectiuus gradus erit purus fm affectus: adeo ꝙ nõ dici dz sensitiu⁹: nec vegetatiuus: nisi equiuoce: erit ergo oino ablata dispositio ꝯtra fm virtutẽ ad felicitatem: ꝛ sic his duobus mediis positis dabitur copulatio illa ad intellectus separatos: ꝛ hęc est fortunitas vltima hois i eo ꝙ hõ. Qd' si sensitiua regio ꝛ vegetatiua erunt penitus habituatę ad actus viciosos: pculdubio cõuertent regionẽ intell's ad eas: ꝛ sic iste homo diceť penitus brutalis: ꝛ ideo hõ pmo mõ diciť equiuoce ab hoie scdo mõ: vt dicit Auerrois. Quis ergo sit modus perueniendi ad statum illum hic est.

¶ Caput 45ᵐ: in quo soluunť argumẽta ꝯtra Auerroim.

HIs itaq3 examinatis pculdubio facile est absoluere argumẽta cõtra Auerroicos. ¶ Ad pmũ negamus ꝯsequẽtiã: qm cũ hõ peruenerit ad statũ felicitatis: totaz facultatẽ sensibilẽ habet ad regionem intell's: tanq̃ in centrũ: ꝛ ideo tantũ operabiť per sensibilẽ partez ꝛ vegetabilẽ: quantũ ratio dictabit: dictat aũt ratio: vt comedat qñ opz: vbi opz: ꝛ quantũ opz: ꝛ cum qbus: vt dormiat his eisdẽ cõditionibus seruatis: vt seruet amicos ꝓximos ꝛ alios actus ꝓfluentes a pte sensibili exequať eodẽ mõ nõ per lapsuz sensitiui appetitus: sed per rõnẽ penitus mouentẽ: ꝛ ideo iste hõ non mouebiť sed se mouebit: nõ vinceť: sed erit dominus suorũ actuum: adeo ꝙ sicut in frigido: vt octauo: nõ est calor nisi potentia: sic in felici nõ est lapsus nisi potentia: ꝛ ideo penitus tantũ operabiť quantũ vult rõne pręsumpta: vult aũt rõ: vt corpus corruptibile ꝛ resolubile opereť operationibus ppriis sibi: ꝛ hoc mõ operatur: ꝛ sic qñ dormiet erit felix in habitu.

Ad secundam tota quęstio reduciť in hanc viam: an felix moriendo amitteret felicitatem volens aut nolens aut neutralr. ¶ Rñdet Aristo. 5° ethicoꝝ dicẽs multa eniz ꝛ nõ existentiũ scientes ꝛ operamur ꝛ patimur: quoꝝ nullũ: neq3 voluntariũ: neq3 inuoluntariũ est: puta senescere vel mori. Felix ergo nõ vult mortem: qm ipsa mors: neq3 finis est: neq3 bonũ: ꝛ qm dispositio suę naturę quã scit esse mortalẽ: nõ patiť nolle rõnali q̃ appetitu sapiens mortem nõ volet: neq3 naturali appetet fm indiuiduum permanentiã sempiternam: qm id est impossibile: vt narrant sapientes.

Sed dices possibile est hominẽ perpetuari per naturã. ergo est appetibile appetitu naturali: ꝛ hoc ꝓbatur auctoritate: qm Alaph in tractatu de elementis capitulo de ptibus Asię inqt. In iudea versus solẽ occidentẽ sunt essenienses: qui ob suã maximã sapientiã secesserunt a gentibus: causa vitandi delectationes: qm inter eos nulla est mulier: neq3 ab eis agnosciť pecunia: ipsi viuunt moderatim: ꝛ parce: ꝛ lz illic nullus oriať: tñ nõ deficiunt: ꝛ si multa gens vadit illuc nullus põt illic esse diu nisi fidẽ ꝛ castitatẽ offerat ꝛ pmittat: hęc ille. ¶ Adhuc Lynconiẽsis grossatesta in libello de reflexionib⁹ radioꝝ narrat ꝙ circa vnũ poluz sunt quidã montes: super qbus fit sic vniformis ꝛ regularis reflexio radioꝝ solis: ꝙ est ibi tanta tẽperies: ꝙ hoies morantes ibidẽ in tantũ viuunt ꝙ vita eoruz eis displicet: ob qd' saltant in flumen qdpiam sub illis montibus fluens ꝛ submerguntur ꝛc̃. Ex hoc sequiť ꝙ hĩ homines si nõ se submergerent: oino essent ęterni: ergo felix põt appetere ꝑpetuitatẽ: cũ illa sit possibilis indiuiduo humano: inq̃tũ indiuiduum: vt per verba horum constat. ¶ Poetę etiã ꝛ nõ nulli theologoꝝ antiquoꝝ: existimant ꝙ hoies qui potant aquã quandã: quę forte potus est Ambrosinus deoꝝ scilz. Et gustãt cibuz qui nectar appellatur: reddunť dii ęterni: q̃ xo nõ / mõ: vt perspicuũ est apud eos.

Sed Aristoteles ꝛ Auerrois 3° metaphy. cõmẽ. 15° deridet oẽs hos: inqt eniz Auerrois. Et si accipiunt potum ab illo loco: ꝛ cibum ab alio: vt nõ morianť: mirũ est qñõ q̃ indiget cibo ꝛ potu remaneat in ęternũ. cibus eniz ꝛ potus nõ sunt necessarii nisi vt restaurent corruptum: quo igiť remanet: ęternũ id qd' est innatũ corrumpi. ¶ Dicerẽt ergo peripatetici ꝙ hĩ hoies imortales non sunt hoies: nisi forte equiuoce: sicut pictus ꝛ verus: ꝛ ideo cõsonum est: vt ois hõ mortalis sit: ꝛ cũ mors insit per nãm: ideo nõ est in potestate felicis: ꝛ ideo nec est nolibile ꝛ volibile: sed neutrum ab eo: volitũ enim est in potestate nostra: ꝛ qñ infertur. ergo felix nõ esset felix. negať ꝯñtia: qm nõ est in potestate hois mori vel permanere: ꝛ ideo nec mors nec ꝑmanentia sunt de rõne vel cõditione felicis. ¶ Et per idẽ ad cõfirmationẽ cõcedimus maiorem: sed minor falsa est: felicitas enim nõ tollit omnez priuationẽ nisi possibilem hoi in eo ꝙ hõ: modo imortalitas apd philosophos repugnat homini fm esse indiuiduum: hoc enim est fide perspicuum tñ: non ratione naturali demonstratum.

Ad tertiam principalem pōt apud Aristotelez capi pro potētia facilitatis: ꝛ sic felix nō pōt fieri miser: idest cū facilitate: q̄ꝛ postq̄ꝫ regio vegetatiua ꝛ sensitiua incentratę sunt ad regionē intellectiuā: ꝓculdubio: ita reguntur ratione: ꝙ amplius deordinare nō possunt facile. Sꝫ ꝙ possit esse deordinatio stante vita Aristoteles in ethicis sępe autumat.

Ad quartam sol. patet pōt enim appetitus sensitiuus in tm̄ assuefieri rōni: vt ab eo tollatur omnis inclinatio ad oppositum rōnis: ꝛ sic intell's liberrimus erit: ac purus intell's in eo ꝙ intellectus.

Ad quintam pꝫ qual'r felicitas corpis pōt inesse corpori in vita mortali: vt est operatio oīum regionū scḋm obedientiā habitualē ad rōnē. ¶ Ad septiū dōm ꝙ in statu isto posse est cōpręhensio intuitiua: imo de facto adest: positis medys. s. intellectu speculatiuo: ꝛ obedientia regionū ad rōnē: vt diximus: tunc enim deus pōt esse forma intell's copulati hoi. ¶ Ad vltimū iam apparuit quō felix nō fit aliqs: nisi pręcesserint habitus virtutum oīum coꝝ: quę capacia esse pñt virtutis. declarabat aūt Auerrois ꝙ nō solū antecedūt virtutes hanc dispōnē: imo cōsequuntur: hō eniꝫ cū peruenerit in hunc statū confirmabit in castitate, iustitia, cōtinētia, sublimitate, liberalitate ꝛ oībus alys virtutibus: quę antecesserunt hanc dispositionē. ¶ His habitis luculente verificabit verbū Aristotelis. 12. diuinoꝝ. c. alqui: vt nos optime perbreui tēpore degimus: sic id ꝑpetuo degit. sicut id est semꝑ nos quidem ita semper degamus fieri nequit. Vult ḡ ꝙ felicitas hois sit qualis illoꝝ abstractoꝝ: quēadmodū enim oia corpora cęlestia sunt felicia deo: sic ꝛ hoies deo felices esse opꝫ. Differunt aūt a nobis: q̄ꝛ eoꝝ felicitas semꝑ est: nobis autem paruo tēpore: semꝑ qdem illis: q̄ꝛ intell's cęloꝝ ad hoc vt deo feliciteñ nō egent adeptione intell's speculatiui: tāq̄ꝫ medio positiuo: nec adeptione virtutū tanq̄ꝫ medio priuatiuo: corpus. n. cęleste cū nō vegetet nec sentiat: ꝓculdubio nō diuertit intellectū eius a cōpręhensione sui ꝛ alioꝝ: ꝛ iō illis semper est felicitas hęc. Nobis aūt paruo tēpore: q̄ꝛ adeptio intell's speculatiui fit in tēpore ꝛ maximo. ¶ Amplius acqsitio virtutū nō fit nisi lōga experiētia: sicut dicit Aristo. status ergo noster est modicus: ꝛ maxime cuꝫ vita nostra cōꝑatione ad illā illoꝝ sit: sicut puncti ad lineā: ꝛ finiti ad infinitū: vt dicit Auerro. ergo deductio qualis optima paruo tēpore inerit nobis: sic enim semper id est nobis ipole: ꝛ tu vide cōmēto. 38. ibidē. ¶ Rursum ꝛ verbū Aristo. in ṗncipio libri de mundo verificari pōt: inqt eniꝫ nec fecit se optimoꝝ indignā: imo ꝛ cognatissimam ꝛ pręcipue cōgruā putauit esse disciplinā eoꝝ: cū enim non esset pole corpal'r ꝓficisci in illū cęlestē locū: ꝛ derelicta terra videre quęcūqꝫ illū cęlestē locum: velut insipientes aloades qñqꝫ putauere. Anima q̄ppe assumens per phiaꝫ intell'm ducez eleuata est: ꝛ abyt: illaboriosaꝫ quādā viam excogitās: quę nimiū locis distabāt abinuicē sūme sapuit facile reor noscens cognata: ꝛ diuino lumine aia appręhendēs diuina ꝛ ꝓphetiçans mortalibus: hęc autē passa est: q̄ꝛ pole fuerat volēs cōmunicare largiter oib⁹ pręciosa quę penes se: hęc ille: in q̄bus verbis dedit intelligere copulationē illā: ꝛ mediuꝫ copulationis ꝛ perfectionē aię copulatę: cū dicit assumens aia ducē intellectum eleuata est ꝛ abyt: dedit copulationē aię cū intellectu agente: qui deus est sublimis: cum dicit: per phiaꝫ: mediū intelligit positiuū ꝛ ṗuatiuū: est eniꝫ phia cōtinēs partē speculatiuā ꝛ moralē: assumens ergo ꝑ phiaꝫ intell'm ducē. idest cū fuerit copulata intellectui abstracto ꝑ phiaꝫ: tanq̄ꝫ ꝑ mediū: sūme sapuit: q̄ꝛ cōpręhendet tunc deū ꝑ essentiā eius ꝛ alia abstracta: ꝛ aia appręhēdens diuino lumine. i. ꝑ essentias abstractoꝝ cognoscēs abstracta diuina ꝓphetiçat mortalib⁹: ꝛ cōicat largiter illis sciētiaꝫ eoꝝ: ꝛ hęc est aię perfectio. ḡ his verbis pꝫ copulatio: mediū copulādi: ꝛ ꝑfectio copulatę aię. Hinc id Trismegisti in pimādro in ṗn⁹ verificat: cū de rerū nā inqt excogitarem ac mentis aciez ad suprema erigerē: sopitis iam corporis sensibus: quēadmodū accidere solet his qui ob saturitatē vel defatigationē somno grauati sūt: subito mihi visus sum cernere quēdā immēsa magnitudine corpis: q me nomine vocās in hunc modū clamaret: qd est. o. mercuri qḋ ꝛ audire ꝛ intueri desideras: qd est qḋ discere ac intelligere cupis. ¶ Tum ego qs nam es inquā: sum inqt ille pimander mens diuinę potētię: at tu vide quid velis: ipse rō tibi vbiqꝫ adero: cupio inquā rex: nām discere deumqꝫ cognoscere: ad hęc ille: tu me mente cōplectere: ꝛ ego te in cunctis quę operaris erudiā: cū hęc dixisset mutauit formam: ꝛ vniuersa subito reuelauit: cernebaꝫ enim ꝛc. ¶ Quibus verbis oia quę diximⁿ hic notauit ṗmo qd sit felicitas cuꝫ dixit (cupio inquā rerū nām discere.) Est aūt rerū nā subę seꝑatę oēs: vt ibidē explicat (deūqꝫ cognoscere) ḡ vult felicitatē esse oia abstracta ꝛ deū: vt pręd iximⁿ: q̄ꝛ hęc cupit scire tantū. ¶ Dedit intelligere mediū id duplex: cū. n. dixit (sopitis iam corpis sensib⁹) mediū ṗuatiuū signat: quo aia ꝯtrabit tota in intell'm. Cū pręposuit id verbū. s. (cū de reꝝ nā cogitarez ac mentis aciez ad superna erigerē) mediū innuit positiuū. s. ꝑfectionē intell's potētię ꝑ intell'm speculatiuū: cū apposuit (mutauit formā: ꝛ vniuersa subito reuelauit) ostēdit copulationē illā: ꝑ eniꝫ copulat nobis intell's agens vt efficiēs: cū ergo mutat formā. i. copulat in fine vt forma: tunc ꝑ essentiā eius oia nobis patent: ꝑ pimandruꝫ ergo intelligit intell'm agentē more Auerroico. Dedit autē intelligere hāc felicitatē esse in vita mortali per suā metaphorā: ecce ꝙ plane positionē auerroicā his verbis mistice acceptis signare pōt qspiam. ¶ Hinc ꝛ id Platonis in Symposio tendit: inqt eniꝫ animū diuinę pulchritudinis amatorē: q̄n diuinas rōnes attingit: tūc nō amplius simulachra rerū: sed res veras parere in seipso: pręsqꝫ nutrire: familiarē dō fieri ac ꝑ cęteris imortalē. ¶ Hinc ꝛ id phedri diuinoꝝ inqt cōtēplatorē a reliqs segregari purgari prosus hęrere deo, impleri deo: idē in Epinomide ad verbū fere dicit. ¶ Hinc ꝛ id septimi de republica legit: inquit enim theologū idoneis demōstationis fundamētis ꝛ gradib⁹ ascēdere vsqꝫ ad ṗn^m vniuersi: tangere ipsuꝫ ac tenere adhęrētem semꝑ his q̄ adhęrēt ṗn^o: q̄ppe q nullis sensibiliū rerū corpeis gradib⁹ ad id cōtēdat: sed ipsis spēbus ꝑ ipsas ad ipsas poti⁹ innitat: quousqꝫ ad spēm finē vniuersi perueniat ꝛc. In q̄b⁹ v̄bis mistice Plato pōnē datā signat: cum eniꝫ inqt (theologū idoneis fundamētis demōstonis ꝛ gradibus ascendere) mediū tetigit positiuū: quo aia copulat deo: ꝑ theologū. n. ꝑfectū scias speculatiuas: ꝛ maxie diuinā intelligi: qḋ signat ꝑ id qḋ subdit (idoneis fundamētis demōstrationis ꝛ gradib⁹) ꝑ id qḋ subdit (ascēdere vsqꝫ ad ṗn^m vniuersi) dedit itelligere copulationē aię cū deo: cū subdit post (tangere ipsuꝫ atqꝫ tenere) exposuit modū illius copulationis: aia eniꝫ recipit deū: vt for⁹ est: forma aūt tangit ꝑ essentiā a mā ꝛ tenet fixe: ꝛ ideo de⁹ tangit spūal'r ꝑ essentiā ei⁹ ꝛ tenet fixe: qḋ signat ꝑ id qḋ subdit (adhęrētē semꝑ his q̄ adhęrēt ṗn^o) est ḡ illa rō: tam diu ꝙ diu durāt illa: q̄b⁹ de⁹ natus est copulari. s. intellecta speculatiua: cum rō subdit (q̄ppe q nullis sensibiliū rerū corpeis gradib⁹ ad id ꝯtendat) mediū signat ṗuatiuū: opꝫ. n. vt nō sensibiliū formis ꝯtēdat ꝛ insistat: atqꝫ in eis submergat: sꝫ vt inqt (ipsis spēb⁹ ꝑ ipsas spēs ad ipsas poti⁹ innitat) idest ꝑ intellecta ad intellecta ꝯtinue ꝓcedat (quousqꝫ ad spēꝫ finē vniuersi ꝑueniat) idest deū in quo pabulet aia atqꝫ letet: ꝛ hoc pacto arcanū trismegisti pꝫ: cū inquit (ex mēte pura ꝛ diuini

tate

tate quodāmō vnū spūm coalescere(est enim spūs intellꝰ
potētię coalescit aūt mēte pura:idest deo ꝛ diuinitate.idest
oībꝰ alijs intellectibꝰ diuinis. Hęc ergo quę veteres misti
ce tradūt forte ad hūc intellectū trahere potes:lz extranee
ꝛ forte ficte. ¶ Quo gdē mō in h statu poss est felicitas:
ꝛ quō argumēta nō cogant ɔtra Auerroicos his pz:lz post
vtrum sit mens Aristo.ꝛ veritas disputabitur.

¶ Caput 46m.in quo persoluetur quęstio quarta.

Consueuit Auerroes in pluribus libro rū dicere intellectum mālē ɔtinuari agenti:vniri agenti:misceri agenti:ac frequētꝰ ipz copulari agēti:quę oīa Synony ma sunt:ob qđ licz declare:gd sit copulatio in tellectiua.Est ğ copulatio intellectiua ꝑexistētiū discōtinua torꝝ:vt discōtinuata sunt:vnio ipsis nec remissis nec inten sis.Dixi(pręexistētiū)ad diuz gnōnis:gnō.n.vnio est non ꝑexistētiū:sed eductio formę entis in poꝰ in mā ad actū:di xi(nec intēsis nec remissis)ad diuz mistionis:in mistione eniz est prius diuisio:vt in ea:quę sensu fit:vel priū altera tio:vt in mistiōe ꝓprie:vt dicit Arist.in perigeneseos:dixi: vt discōtinuata:qm ꝛ si equus in sui ortu ɔtinuā hz formaz fm rem:nō tñ discōtinuata:qm non exercet opa equi:hinc Plato voluit aīam cōgenerari hoī:nō tñ ei continuaꝫ:nisi sedatis supfluitatibus ꝛc. Huius aūt copulationis plures sunt modi fz Auerroim:vnus intellꝰ potētię cū intellectu agente. ¶ Scōs intellꝰ agentis cū intellectu speculatiuo: ¶ Tertius intellectus potētię cuz hoīe. ¶ Quartus intel lectus agentis cū hoīe. ¶ Quintus est intētionis imagina tę cū intellectu potētię. ¶ Si igiꝫ loquamur de pmo copu lationis mō:dicimus ꝙ intellectus agens:per sui naturam semꝑ est copulatus intellectui potētię:capiēdo eos absolu tę:vt sunt ꝑtes vel gradus intellꝰ:vt intellꝰ est infima intel ligentiarꝝ:ꝛ hoc pacto hęc infima intelligētia duobꝰ modis intelligit abstracta supra se.s.ꝑ essentias eorꝝ:ꝛ ꝑ essentiā ꝓ priā:vt sępius prędiximus:ꝛ iaz diximꝰ ꝙ hoc mō intellꝰ potētię nō eget medio positiuo.s.ꝑfectione ꝑ itellꝫm specu latiuum:nec priuatiuo.s.perfectione per morales virtutes:ꝛ hanc copulationē dedit Auerrois pluribus locis ꝛ libris. ¶ Si giꝫ loqmur de his ꝓut sunt ɔtinui nobis:tunc agēs copulari pōt intellectui mālī vno modo:vt agens passo:vt qñ intellectus agēs incipit creare intellecta:ꝛ intellꝰ poten tię incipit recipere illa:ꝛ hęc est pma copulatio. Alio mō copulaꝫ ei vt forma:ꝛ hęc est qñ intellꝰ agens incipit esse intellectio essentialis intellectui potētię:qualis vnio est co loris visui:color.n.fm sui essentiaz est forma parietis ꝛ vi sio oculorum.Et qz hac copulatione intellꝰ agēs:est opera tio intellꝰ potentię:ꝛ intellectio illius:ideo intellꝰ agēs est forma tunc illius:ꝛ hęc est vltima ꝑperitas:vt diximus.

¶ Caput 47m.in quo verificanꝫ Theoremata ex his.

His possunt quatuor Theoremata cō duci:quorꝫ pmum est:ꝙ vnū ꝛ idē in subiecto pōt esse respectu eiusdez agens ꝛ forma:tēporibus ꝛ modis diuersis:in tellectus.n.agens pma copulatione est agens: scđa xo est forma.ğ vnum et res erit forma respectu alicuꝰ ꝛ agens respectu eiusdē:cuius oppositū accidit in rebꝰ ma terialibꝰ cōpositis ex mā ꝛ forma:in separatis.n.a mā solū idē est agens forma ꝛ finis vt dicit Auerro.ꝙ gdē igiꝫ idē fm rem sit agens ꝛ forꝰ ad idē his cōstat. ¶ Scōm Theo rema est ꝙ idē sit agens sui aliquo mō pz:qm intellꝰ agēs est efficiens respectu intellꝰ speculatiui:ꝛ itellꝰ speculatiuꝰ est quasi cā quare acgriꝫ intellꝰ agens:vt forꝰ intellectui potētię:ꝛ gegd est cā medij in finē:est cā illꝰ formę ꝛ finis: quę est illius medij:terminꝰ ergo intellꝰ agēs est cā agens sui ipsius diuersimode. ¶ Tertiū est ꝙ intellꝰ agēs est cā

efficiēs oīum intellectorꝝ.declaraꝫ:est.n.causa agēs intelle ctorꝝ speculatiuorꝝ:ꝛ cā agens vt oīa abstracta copulentur: ꝛ fiant formę intellꝰ mālis:ꝛ cā agens suimet.ergo oīuz in tellectorꝝ. ¶ Quartū est ꝙ intellectio nō est cā copulatio nis:sed magis copulatio intellectionis:qm copulatio est cā quare fit ei forma:ꝛ qz est ei forma,est ei intꝰ.ergo copula tio est quasi cā itellectionis:ꝛ sic verificaꝫ verbū Auerrois in fine.36.cōmenti cōtra Ioā. Quomodo quidē igiꝫ qua tuor hęc theoremata pateant,his pz.

¶ Caput 48m.in quo declaratur scōs modus copulationis cum suis corollarijs.

Et cum explicatus est his modus copu lationis:scōs ꝓfecto erit quo in tellectus agens copulatur intellectui specula tiuo.copulaꝫ.n.ei duobꝰ modis:scilz vt agēs, ꝛ hoc inquātū creat ipsuz ꝛ ponit eum in intel lectu potētię:sicut ars ponit formā artis in ligno. ¶ Et vt forma medio dispositiuo:sicut.n.forma ignis copulaꝫ cali do ꝛ sicco:non tanꝗ̄ subto sed medio dispositiuo:est enim calidū ꝛ siccū mediū:quo forma ignis inest māę:sic intel lectus agēs copulaꝫ itellectui speculatiuo:vt medio dispo sitiuo:est eniz intellꝰ speculatiuus mediū:quo intellꝰ agēs copulaꝫ intellectui potētię:vt forma. ¶ Sed differunt hę ab illis duobꝰ gbꝰ copulaꝫ intellꝰ agens intellectui potē tię:qm copulatio intellectus agentis ad intellectū potētię pma est agentis ad patiens:hęc pma agentis ad intellectū speculatiuum est agentis ad effectum.

QUe secundo Auerrois sentit in ea epistola quam de resurrectione scribit hec sunt primum accipit rationalem animam duas habere essentiales partes: vnam: que intellectus impatibilis et indiuisibilis et impermistus existit: alteram que sensitiua portio nuncupatur. Cui intellectus vnitur in principio generationis: animam rationalem constituit: que forma est hominis prima et propria: a qua homo speciem sortitur: in alio atque alio indiuiduo hominis: alia atque alia: licet omnibus intellectus vnus numero sit: quod quomodo intelligatur: in libro nostro de intellectu intelligitur: accipit secundo partem sensitiuam conuerti ad intellectum interdum: et interdum econuerso intellectum conuerti ad partem sensitiuam: fit autem hec conuersio: non quidem essentia: semper enim pars sensitiua dum viuit homo secundum essentiam conuersa est intellectui: sed fit secundum affectum: est enim sensitiua pars: (et si natura rudis: et) potentia tamen rationalis: vt Aristote. tradit in fine primi ethicorum: reducitur autem potentia illa ad actum rationis per habitus virtutis: per quos refugit materiam et prauationem: quam Plato turpe nuncupat: et Pythagoras malum: cum enim sensitiua pars heroycam adepta est virtutem (que nihil aliud est quam nunc quedam plenaria habitualis obedientia sensitiui appetitus ad rationem) tunc ad rationem et intellectum conuersa est: et hoc pacto effecta est anima rationalis intellectus: qui vulgari nomine angelus nuncupatur: et hec est anime rationalis beatitudo et hec secundum fatuos immortalitas: quam diogenes hyrus/ Socrates/ Plato/ Seneca/ et alii stoici suis laboribus credunt adipisci: quod si econuerso intellectus ad sensitiuam partem conuertitur: hec conuersio translatio anime est in demonicam naturam: fit autem hec conuersio modo opposito: cum enim rationalis pars assuescit sensitiuo appetitui: acquirit brutalitatem: que vitium est oppositum (vt ita loquar) heroice virtuti: et huius acquisitio rationalis partis conuersio seu casus nuncupatur: et tunc rationalis anima demon effecta est: eo quia ad turpe: et priuationem conuersa est: erunt ergo demones

apud

apud eum species brutalitatis: quas anima rationalis acquirit ex casu ad appetitum sensitiuum: q si ad iram assueścit: in demonem ire vertetur: quod si ad gulam: in demonem gule: & eodem modo in alijs dicendum: ecce igitur differentia huius ad illam positionem: prima quidem animam fieri laruas & demones dicit: easq3 similiter prauas effici: secunda dicit species brutalitatis demones fieri: prima rursum in corporibus animas fieri demones inquit: post translatione a corporibus eas exerceri officio demonum: secunda 2o: & in corpore effici: & in eo exerceri officia demonum dicit: quoniam extra corpus nihil ponunt: nisi intellectum impassibilem substantia sua bonum & perfectum: hec sunt que peripatetici sentire videntur. Ex his apparet quid mistici veteres intellexerunt per demones: & cur tot eis attribuūt: huius enim magni inuenti est bonum: hoc autem bonum est rudium regimen: atq3 felicitatis adeptio & bonorum nō destructio: si enim praui natura aliquam suspitionem non haberent ex demonibus: vtiq3 bonos riderent: & sic totus mundus confunderetur: tale ergo inuentum aliquam h3 veritatem & rationem: nullum enim probabile omnino & ex toto falsum est: vt tradunt sapientes: sunt autem argumēta harum positionum ea que diximus capite 3.

¶ Caput 7m: in quo per argumēta Proculi destruuntur, positiones peripateticorum.

PRoculus vir magne auctoritatis in Platonis alcibiadis commento has hereses refellit: que etiā ante eum fuerunt quandoq3 credite: & primo quidem primam: quoniam vna natura diuersa genere ab altera nō potest conuerti per habitudinem aliquam in illam: modo rationalis anima est natura diuersa valde a demonica ergo non potest conuerti in illā. ¶ Amplius auctoritate Socratis in republica demon semper eodem pacto vniuersa custodit: atq3 immutabilis existit: nec vno tempore vitam vnam: alio aliam vitā eligit: rationalis autem anima est valde in motu atq3 variabilis. ergo rationalis anima non potest effici demon: & per hec fere argumenta refellit secundam positionem: & auctoritate Socratis in republica: & argumento tali: quoniam scilicet acciderat sepe sepius in vna & eadem anima rationali fieri demonem nunc: & 2o aboleri: quoniam mutari potest anima a vicio in virtutem & econuerso: & sic sepius atq3 sepius: nunc demon: nunc angelus: in eodem subiecto fierent: propter quod Socrates in Phedone inquit eundem esse demonem ex ipsa genitura vsq3 ad indicia vite presentiam nos gubernans: ad hec difficile autem est maxime primam positionem saluare: cur anime ille permanieant post mortem: erant enim sine operatione: & sic ociose: & erunt absq3 proprio perfectibili: & proprio instrumento: & per consequens superflue: & principijs Peripateticorum dissonum.

¶ Caput 8m: in quo peripateticorum positio defenditur per auctoritatem Pythagore.

HEc argumenta procul dubio partiam ac debilem calumniam pariunt contra peripateticos: vnū Pythagoras Chrotoniates: vir magne auctoritatis: hec finxit ad populorum regimen: ait enim animam rationalem hoc corpus exire illud intrare: & sic que rationalis olim erat: postea irrationalis & brutalis efficitur: & que hominis: postea porci: quod Origenes intelligit ad verbum: & (vt mihi videtur) male: Simplicius enim in peripatetica familia peritus in cōmentarijs: quos scribit de anima Pythagoram mistice hec tradidisse, fert animam quidem rationalem conuerti ad brutalem: & eam exire atq3 aliud intrare ſm effectum dicit: que enim brutalitatem porci consecuta est: eam ipso hinc exire a corpore hominis: & in porcum intrare dicit: pro quanto amplius rationem obmisit & brutalitatem porcinam consecuta est: q si hec Pythagoras sentit (vt probabile est apud plures grecorum) non sunt accusandi peripatetici: vt Proculus inquit: primum ergo argumentum deletur: quoniam conuersio illa non est ſm substantiam: sed ſm affectum: & habitudinem. Sed quid de auctoritate Socratis (vt mihi videt) non potest glossari: sentit enim oppositum sine dubio: l3 interdum nos eum reduximus ad peripateticorum positionem: per auctoritatem Alexandri Rhodij: sed nūc eū3 sentire diuersum sentimus: & per consequens in schola peripateticorum non est audiēdus. ¶ Amplius quid erroris est: in vno & eodem subiecto varias fieri formas: ſm affectum non ſm substantiam: potest enim in vnamet anima rationali: nunc demonem fieri: nunc intellectum seu angelum: non quidem ſm substantiam: sed ſm affectum: vt satis expressimus: & sic remotum est argumentum Proculi: vltimū autem satis difficile est saluare: & forte propter illud labitur Auerrois ad errorem. Mirabile enim est ponere substantiam aliquam ociosam perpetuam & violentam (vt ita dicam) ſm peripateticos: nisi forte illud sit ſm indiuiduum: nihil enim forte prohibet aliquod ociosum esse ſm indiuiduum apud peripateticos: sed totam speciem frustrari vetant: satis ergo erit vt in tota specie animarum aliqua sit: que consecuta sit finem suum. v3. felicitatem: quā post mortem retinet in stella compari: vt diximus in libro de intellectu: hec quidem in transitu sint dicta: quoniam latius loco suo sunt pertractata. Quomodo quidē argumenta Proculi nihil concludant: per hec perspicuum. ¶ Ex his ergo ſm peripateticos erit palam: an sint demones: quidq3 sint: quales etiam sint: & propter quid sint: vt in principio querebatur.

¶ Caput 9m: in quo narrantur auctoritates p opinione peripateticorum.

SUnt autem prime opionis auctores. Empedocles: Pythagoras chrotoniates: & in multis locis Plato. Empedocles namq3 longeuos demones fieri has animas putat: a corporeo animas munere liberatas: laudabilium quoq3 virorum Ethereos demonas: improborum 2o nocentes. Pythagoras etiam in suis aureis versibus idem sentit dicens. Corpore deposito cum liber ad Ethera perges/Euadens hominem factus deus Etheris almi. plerique preterea ex Platonis magisterio idem sentiunt: adijcientes easdē animas anno demum millesimo terrenum corpus resumere: licet Plato in policia tyranni animas facit excruciari post mortem ab vltoribus. ¶ Ex quo apparet aliam esse aiam aliū demonem: siquidem quod cruciatur: & item quod cruciat: diuersa esse necesse est: q̄ōq3 opifex deus ante demones instituit: sed in quo differunt a peripateticis alis diximus in libro nostro de intellectu: nunc adit qui sint primam opinionem sentientes: satis sit dictum.

¶ Augustini Nyphi de demonibus liber primus finit.

¶ Augustini Nyphi de demonibus. Liber. II.

¶ Caput p^m^: in quo narratur argumentum Platonicorum probans demones esse.

Quod quidē demonum natura sit alia quidem atqȝ alia a causarum naturis ⁊ corporib⁹ celestibus: quasi interstitio diuinorum corporuȝ ⁊ terrenoruȝ testis est tota grecia: omne latium: omnisqȝ barbaria: gratulationesqȝ populoꝝ libris editis ad memoriam perpetuitatis: ⁊ hoc tota fere schola Platonicoruȝ conatur approbare: ⁊ arguere: ⁊ argumentum sic ordiri pōt: si extrema sunt in rerum natura opus est medium illorum esse vt Aristo. ostendit in libro de celo: vbi probat numerum elementorum esse quaternarium: sed extrema sunt. vȝ corpus diuinum ⁊ impatibile: vt celestia corpora: ⁊ corpus caducum patibile: vt animalium ⁊ hominum ⁊ plantarum ergo ⁊ medium horum erit ſm quidē patibile: ſm alteruȝ vero eternum: ⁊ impatibile. syllogismus est hipotheticus cōtinuus a positione antecedentis ad positionem cōsequentis: ⁊ eo vtitur Aristo. in libro de celo ad probanduȝ numerum elementorum: tale medium tenere naturam demonū declarat magnus Calcidius in cōmento Timei Platonis: habet enim horum natura cum diuinitate consortium propter immortalitatem: habet etiam cum occiduis cognationem: quia patibilis est: nec immunis a passionibus: cuius affectus nobis quoqȝ essolit: syllogismum preterea talem dedit Lucius Apuleius madaurēsis in lib⁹ de deo Socratis: idē Proculus in Alcibiade longis verbis astruxit: Jamblicus quoqȝ in eo libro quem edidit de misteriis egyptioꝝ / chaldeorum. Assyrioruȝ, idem motiuum induxit Porphyrius in libro de occasionibus. Psellus etiam in libro de demonibus idem argumentum susceperunt tanqȝ demonstrationem: hi autem ⁊ alij vtentes argumento tali acceperunt a Platone horū principe in multis locis: precipue in Symposio: vbi ad verbuȝ argumentū id tradit: quo ergo Platonici demonum naturam ponant / patet.

¶ Caput 2^m^: in quo narratur persuasio Lucij Apulei.

Lucius Apuleius in familia Platonica magnus: in libro de deo Socratis conatur horum naturam testari esse alteram: atqȝ reperiri bona persuasione: que (vt mihi videtur) potest hac forma colorari: quodlibet elementū licet esse plenum aliquo genere animalium: vt aqua quideȝ piscibus: terra animalibus terrenis. Ether stellis: que sūt animalia diuina eterna simpliciter atqȝ impatibilia. ergo elementum medium debet plenum esse aliquo genere talium: nulluȝ potest esse tale: nisi genus demonum: ergo erunt demones: ⁊ in aere positi: ſm modum declarandum: quod forte Orpheus ingt his verbis: mundus hic inferior est plenus dijs: vt Aris. refert in lib⁹ de mūdo.

¶ Caput 3^m^: in quo soluitur ⁊ impugnatur hec psuasio.

Dupliciter quidem reprehenditur hec persuasio. Primo quidem quoniam Ether non est locus stellaruȝ: declaratum est enim celum vbi site sunt stelle esse alterius nature a quattuor elementis: ⁊ imo esse nature tertie: ⁊ per consequens non est nature ignee: vt sentit Lucius. Secundo vero quoniam aues aeri tribuuntur ab omnibus: cuius persuasio est: quoniam elemento caduco atqȝ occiduo: debētur animalia caduca: atqȝ occidua: talia auteȝ animalia sunt potius aues: qȝ demones. erit ergo aer plenus auibus: propter que deliramentum videtur persuasio Lucij Apulei.

¶ Caput 4^m^: in quo defenditur persuasio hec ſm posse.

Et prima quidem calumnia refellitur quoniam Platonis est sententia corpora celestia esse nature ignee: ⁊ sic esse quattuor elementa tantuȝ: ⁊ non quintum corpus vt schola sentit peripateticorum: vȝ. terrā / aquam / aerem / ⁊ etherem: nec aliud vltra hec datur. Sed an elementum quintum detur: non ex postulat persuasio Lucij: nec forte argumenta Aristo. in metheoris: ⁊ in libro de celo: multum valent aduersus Platonem: vt quandoqȝ dicemus. Lucius ergo Apuleius persuadet ex hipothesi. vȝ stante positione Platonis: ⁊ propterea hec persuasio est tantū: 2^m^ autem confutat Lucius ipsemet in suo libro: tribus forte suspitionibus. Primo quoniam nulla auis vltra mediam regionem: ac olympi verticem sublimatur. ergo erit plusqȝ dimidium vacuum. Secundo quoniam volatile genus semper victus suos in terra sumit: ibidemqȝ pabulum ⁊ cubile. Tertio cum fesse sunt aues terram petunt: ergo eis locus est conueniens. ergo nō aer. erit ergo aer vel vacuus vel aliquo genere animalium plenus: ⁊ si detur licentia fingendi nullum nisi demonicum erit.

¶ Caput 5^m^: in quo inducitur tertia persuasio Platonicoꝝ fere omnium.

Supponunt fere omnes Platonici: vt Porphyrius in libro de responsorum philosophia conscripto: ⁊ Calcidius in cōmēto Timei: ⁊ alij fere omnes Platonici: qui in hac re loquuntur: deos non esse sacrificium: vel elemosynam: vel terrenum aliquod offerendum: Secundo accipiunt esse necessarium sacrificium aliquod terrenumqȝ offerendum esse alicui mediante quo deus nos regat ⁊ custodiat. ¶ Ex his dant demones esse: quibus elemosyne / sacrificia: terrena munera sunt offerenda: ⁊ orationes vt ipsi deo proximi / deum orent atqȝ tradant ad nostri nostrorumqȝ curam: persuadet autem Porphyrius primam hipothesim: primo / quoniam nihil materiale inueniri potest quod immateriali deo nō sit obscenū. ¶ Amplius bonorum nostrorum deus nō eget. ergo superfluit hec deo offerre. vtitur postea Theophrasti auctoritate: cui placuisse ostendit: non dijs: sed demonibus dūtaxat esse sacrificandū: ⁊ in tantum in hoc errore creuit Porphyrius qȝ neqȝ defunctis voluit elemosynam esse exhibendā: non enim inquit aliorum iniuria deus placaſ. Que quideȝ igitur mouerunt Platonicos hec sunt.

¶ Caput 6^m^: in quo soluuntur persuasiones he ſm fundamenta peripateticorum.

Quid autem sit de opinione in se dicemus inferius: nunc vero quantum valeāt he rationes dicamus: ⁊ primo Auerrois in lib. de celo primo apud commentuȝ vigesimūsecūdū: ⁊ alibi frequēter: dedit respōsuȝ ad primā: sunt enim due nature extreme. vȝ. simpliciter eternum impatibile atqȝ incorruptibile: vt totum genus separatorum: ⁊ est alterum extremum. vȝ. caducoruȝ omnium corporalium: vt animalium / plantaꝝ / elementoꝝ: ⁊ reliquorum:

ni:quę sub luna habitant:botum mediū dedit corpus cęlestę:natura quidē ęternū:potentia autez variabile:ꝛ mobile sm motū cum caducis coit:sm motorē ꝟo cum abstractis:nec datur aliud qddaz mediuz vt Platonici fingunt: imo vt Aristo.tradit in.8.physicę auscultationis:cęlum est quasi ligamentū ęternorum ꝛ temporuz. Decipit pręterea Lucius pace sua in sua persuasione:credit enim elementū debere esse plenum animalibus oino ꝛ necessario:ac si animalia sint ꝓpter elementa:vt ea vz implerent:atqz decorarent:ꝛ est totū oppositū:sunt eniz animalia fines elemētorum:ꝛ nos quodāmodo finis omnium vt tradit Aristo.in physica auscultatione:ꝓpter quod dōm elementum aeris esse vacuuz ab animaliuz genere:nec ꝓpter hęc ociosum est:subseruit enim reliquis elementis ꝛ mistioni animaliū:ꝛ pro parte auibus saltez:ꝛ lz terra ꝛ aqua sint decorata aialibus:hoc nō est ex merito elementoꝝ:sed necessitate animalium:vt declarat Aristo.in lib.de causa motuuz animalium:ꝛ quāto deterius decipit Porphyrius in sua vltima persuasione:ꝛ cōtradicit philosophię ꝛ theologię:ꝛ omnibus vere sentientibus:docuit eniz Aristo.cultum esse exhibendū dijs in suo lib.Polyticoruz:docuit etiam dona ꝛ templa magna deo edenda esse:ꝛ hęc pertinere ad magnanimum in quarto libro ethicoꝝ:qntū quoqz cōtradicat theologie Eusebius Pamphylus in eo lib.quem scripsit de pręparatione euangelica declarauit:rōnes autem Porphyrij (vt mihi videt)sunt derisibiles:pmo/qm dona non exhibentur dijs:vt eis per necessaria vel vtilia:sed dona sūt nobis collata:deo ꝟo vt ei cuius gratia:ꝛ ꝓpterea deus non eget his:sed nos illis egemus:dei tanqz eius cuius grā hęc ꝛ alia fiant vt.Aristo.declarauit:hęc ergo argumēta Platonicoꝝ non dant dęmones esse:nec dialectice:nec demonstratiue:ꝛ ideo opus est vt alia via incedamus:ad horū ꝓbationē:ac ad peripateticoꝝ cōfutationem.

Caput 7m:in quo ēnumerantur gradus viuoꝝ ꝛ eligitur via conueniens ad ꝓpositum.

Enumerandi sunt gradus viuentiū: vt per eos demonstremus dęmones esse:sunt aūt opera tria.vz nutrire:sentire:ꝛ intelligere:gradus aūt qnqz.vz intellectiuū/sensitiuū/appetitiuū/motiuū/ꝛ vegetatiuū/potētię aūt quattuor:vt diximus in libro nostro de anima:est aūt iste ordo:vt Arist.dicit in lib.de aia:vbicūqz est alter istoꝝ graduuz:id viuere dicimus:ꝛ qm in plantis est vltimus tm:ideo eas paruz viuere dicimus:ꝛ de reliqs cōsequenter dicat:est aūt iste hoꝝ ordo:vbi est itellectiuꝰ sunt omnes reliqui ꝛ nō conuertit exceptis ęternis vbi est intellectiuus appetitiuus:ꝛ forte apud Platonē sensitiuus ꝛ nō vegetatiuus. Ex his facile est syllogizare dęmones esse:ꝛ hoc qdē medio cōi ꝛ ꝓbabili.vz.per opera magoꝝ: nulla enim est via potior.pmo:qꝛ opera illa nō possunt reduci nisi in nām talē qualē dicemus esse dęmonicā:2o qm erit vera demōstratio:qꝛ ꝛ ideo talia opa sūt ꝯuenientissima demonstratio ad ꝓpositum. Quot quidem sint viuentium gradus:ꝛ quę via sit ꝯueniens ad ꝓpositum nostrum:per hęc vtiqz perspicuum nobis sit.

Caput 8m:in quo narrantur:quot sunt opera magorum ad intellectum pertinentia.

Enumeranda sunt opera magorum quę vt fertur sūt per statuas/circulos/imagines/incantationes:ꝛ reliqua. Ex quibus erigetur demōstratio:narrāt itaqz apud hystoricos:vt Porphyrius dicit: statuas factas:quę vulgari nomine idola dicuntur deifica ta:dedisse plurima responsa hominibus:in quibus cognitio futuroꝛuz nobis pręsit:testimoniuz huius effectus qꝛ qꝫ extitisse nō adduco:est enim valde ꝓbabile quasi ab omnibus. Amplius videmus omnes leges hęc prohibere valde:ꝛ perspicuum est prohibitionem debere esse de entibꝰ. Rursum tot ac tantę hystorię romanoruz hęc narrant: vt superfluum sit eas enumerare:ac ꝓculdubio nisi hystoricus viderer potius qꝫ philosophus memorarem plurimas hystorias vetustoꝛuz in huius operis apparentia:malo enim mancus videri qꝫ philosophi metam transgredi. Scōm opus qꝺ magicis artibus perspicuuz est:ac recensetur cōmuniter est loquela:tradunt enim magi non tm per statuas verum per circulos:quasdam apparere imagines: quę eis loquunt:ꝛ ad ꝓpositum:nec hoc est tantū magorū inuentuz sed cōmune:ꝛ per multas veteruz hystorias comprobatum. Tertiuz magoruz opus est occultorū manifestatio:tradunt enim per tales imagines in circulis loquentes multos esse reuelatos thesauros ꝛ multos pauperes euasisse diuites:ꝛ ne longe petam nostra mater(qua veracior nō est inuenta)audiuit vocem senis:qui copiam tantam bonorum pollicebatur:vt quasi locus illius nō inueniretur capax:quod cum reuelasset euanuit copia bonorum:ꝛ relicta sunt vestigia eorum:ꝛ ego ꝛ nostri testes sunt qui locum viderunt:ꝛ vasa:ꝛ res cōuersas in externas naturas:nec hoc est fabula:est enim approbatum in alijs per infinitas fere hystorias. Quartum est documentum nobis collatum ab huiusmodi statuis seu imaginibus:tradunt eniz factas esse imagines:ꝛ huiusmodi a quibus homines discunt/mores/doctrinas/artes/itinera/interpretationes somnioꝝ/auguriorum:ꝛ alia multa documēta:in quibus nullus homo ex puris naturalibus ascendere posset:vt Auerroes inquit in libro destructio destructionum ꝛ pro parte in libro de somno:legimus enim multos nostros philosophos dęmonē habuisse domesticum:a quo hęc ꝛ alia didicerunt:vt forte de Socrate ferunt Platonici:hęc quattuor opera per magicos comprobata ad opus animę spectant rationalis:vt perspicuum est omnibus:possunt autez induci multa alia opera magorum ad intellectiuum graduū pertinentia:quę breuitatis causa relinquo. Quot quidē opera fiant per magicos perspicuum sit in tantum.

Caput 9m:in quo narrantur opera alia pertinētia ad partem motiuam:quę fiunt per magos.

Querenda sunt nunc rursuz alia opera viuę quę ꝑ magos fiunt:quorum primū est translatio corporis visibilis ad inuisibile:tradunt enim magi multos homines pręsentes nobis:ꝛ sensibiles subito esse factos inuisibiles:vt sunt strigę:de quibus est fama:retulit nobis hereticę prauitatis inquisitor patauinę prouincię:se multos ꝛ multas harum habuisse:a quibus hęc ꝛ multa profana audiuit:ꝛ hoc proculdubio comprobatum est multis vetustis hystorijs. Scōs est motus imaginis:ꝛ statuę:tradūt enim ipsi magi fecisse imagines:quę non tantuz se mouent de loco ad locum:sed nos mouent ita velociter:vt nullus equus posset nos ita ferre:ꝛ diuulgatum est virum quendā extitisse coram duobus iudicibus in ciuitatibus remotissimis in medietate horę:ꝛ hoc testantur ꝛ theologi ꝛ philosophi plurimi:ꝛ hystorici. Tertio promittunt magi se posse facere formas conuenientes egritudinibus quas nullus medicus faceret:conuenientes pręlio:ꝛ alijs nobis occurrentibus:ꝛ qui legit horum libros inueniet plurima taliū: quę non sunt enarranda:neqz exaranda ne libros nostros impleamus alienis inuentis:ꝛ hęc quidem opera sunt quę spectant ad partem motiuaz:ꝛ per ꝯsequens ad appetitū ꝛ

forte sentiũ sm Platonem. Que quidẽ igit͛ opa fiant magicis artibus ad partem motiuã ptinẽtia hec sunt.

¶ Caput 10m: in quo erigitur demonstratio ad ppositũ.

Quod si actus hi esse nõ possunt a virtutibus celestium corpoꝝ: nec a virtutibus rerũ generabiliũ: nec a virtutibus imaginationũ magoꝝ: nec ab alio quo vis: et sint veri nõ ficti: opus est vt sint forme alterius nature a substãtia celi et reb⁹ materialibus: et imaginatiue magoꝝ: et he sunt que vulgari nomine dicunt͛ demones: et verbo greco dimones: hac enim cõsimili via Arist. incessit ad pbandũ quintũ corpus esse alterius nature ab elementis: qꝛ operatio est alterius nature ab operationibus eoꝝ. Si enim operatio dat formas esse, et talis operatio talẽ formã: erit nobis methodus cõueniens hec ex magicis artibus: et earũ operibus et actibus: concludens demones esse: et tales habere naturas diuersas. s. ab aialibus terrenis et celestib⁹ et formis rerũ mãliũ: q si dices actus hos per magos promissos esse delirамenta: et fabulas: erit hec responsio caluinia quedã: negare tanta: et tot diuulgata ac pbabilia: et hystorias has. Aristo. n. approbat mundi eternitatẽ ex memoria inuicem tradita patrũ. et somnia esse vera interdũ p cõiter dicta: negatis. n. hystoriis rueret tota policia: et omne decus ciuile: nec peripateticos credimus esse ita fatuos: vt hystorias negent: cum Aristo. eorum pnceps eas maxime secetur: qualis ergo methodus est ad demonũ inuentionem pꝫ. Adhuc pspicuũ: qꝛ hec demõstratio nõ est simplr: sed ex hipothesi et certa et firma absolute ipsi mago: cui act⁹ hi sensu vident͛: nobis autẽ erit ex suppõne: vt si illi actus sint: et non possunt aliunde pduxisse: nec ab alio agente effici: et sic vnamet demõstratio alicui erit certa ac absoluta: alteri autem ex hipothesi.

¶ Caput 11m: in quo narratur positio hermetis per quã saluat effectus magorum.

Hermes Mercurius Trismegistus egyptius: opinatos est opera magorũ fieri a statuis seu imaginibus: hoc autẽ sit p quãto statue ille seu imagines tales a corporibus celestibus sortiuntur gradũ vitalem: duplicem. s. rationalem seu intellectiuum et motiuum: inquit enim hermes: quemadmodũ deus effector est deorum celestium: ita homo fictor est deoꝝ qui in templis sunt: humana pximitate contenti: statuas dico aiatas sensu et spiritu plenas tantaqꝫ facientes et talia statuas futuroꝝ pscias: easdem de somniis et multis aliis rebus pscientes: et imbecillitatem hominũ facientes: eosqꝫ curantes tristitiã letitiamqꝫ dantes pro meritis: hec hermes: in qbus pꝫ primo operationes rõnalis partis prouenire ab imaginibus: statuis: idolis: et talibus imediate quidẽ a pncipio vite qd sortiti sunt virtute animarũ celestium: et stellarũ a corporibus celestib⁹ nõ tanq̃ a causis vniuersalibus: et pmis: ab ipsis magis quoqꝫ tanq̃ a disponentibus: et preparantibus statuas: et res materiales ad opera hec: que capitibus pximis enumerauimus: et tunc perspicuũ est hec opera non ducere ad naturã mediam demonicam sed ad pncipium id vite qd continet͛ in statuis, idolis, figuris, et reliquis per magos administratis a quibus quidem igit͛ pueniãt opera magorũ pꝫ.

¶ Caput 12m: in quo refellitur positio hec hermetis.

Refellitur quidẽ hec positio multiplr: pmo, qꝛ multa opera magorum eorũ que diximus: fiunt. ad que nulla statua, nulla imago, et nullum signũ sensile occurrit: licet enim forte verbũ hermetis posset euitare demones ab idolis et statuis: in aliis tñ: in qbus hec non sunt, euitare non põt: multiplex est enim pars magice: vna quidẽ de imaginibus: alia de figuris et circulis: alia de precantationibus: et aliis fere infinitis modis: quos magi testant͛: nisi forte dicat͛ (vt peripatetici fingunt) q in oĩ opere magico ↄcurrit mã aliqua: in qua fit opatio: que mã est res sensilis: vt vel statua: vel imago: vel figura: vel aliqd taliuꝫ: et q talis res sensilis sortit͛ gradũ vite a corporibus celestibus pro opationib⁹ talibus: ad quas pparant magi. sꝫ hec euasio nulla est: et peripateticoꝝ quidã valde recentiores obiciunt pmo: statua et talia nõ possunt recipe a corporib⁹ celestibus formã substãtialẽ: pn͞m vite est forma subalis. g statua nõ põt sortiri pncipiũ vite: minor apparet: qꝛ viuere viuentibus est esse: maior pbat͛: qꝛ impossibile est aliqd recipere formã subalẽ: nisi amittat priorem: qualis non perditur in pposito. Scdo tunc statua ista haberet sensuꝫ qd falsuꝫ est: qꝛ tunc haberet tactũ. Tertio tunc statue tales essent ignobilissime: quia nõ genite ex semine: sed viliores aialibus ex putri mã ortis: et alia multa adducunt. Adhuc hec positio defendi põt ab his: pmo, quoniã cõcesso q pncipiũ vite in talibus sit forma substãtialis: non opꝫ semper ad generationẽ forme substãtialis corrumpi priorẽ: sꝫ hermetis sniam: cum talis forma nõ fit per extractionẽ et eductum a mã: sed p inductionẽ eius in materia. ¶ Amplius forte diceret hanc statuã habere sensuꝫ nõ qdẽ vniuocum cum sensibus animaliũ generabiliũ: sed alterius rõnis: vel forte diceret eas nõ habere sensuꝫ aliquẽ: sed de principiis vite intellectiuum: et appetitiuum: lꝫ hermes videtur sentire primã partẽ in verbis predictis. Postremo diceret hermes statuas tales esse nobiliores simplr animalibus generabilibus: qꝛ eorũ forma est perfectior: et nobilioris operationis sm quid: non ignobilioris: sed vtcunqꝫ sit aliter opꝫ refellere talem positionem.

¶ Caput 13m: in quo refellitur positio predicta sm rei veritatem.

Subtilius vt mihi videtur sm peripateticorum fundamenta refelli potest hec positio hermetis: et primo petam quid sit tale vite pncipiuꝫ in statuis et talibus: forte acquisituꝫ a celestibus: vel substantia vel accidens: accidens dici non potest: pmo, quoniam operationes talium sunt nobiliores operationibus omniuꝫ accidentiuꝫ: non enim aliquod accidens potest exercere opus tale: quale exercẽt statue: vt loqui, disputare, docere, occultoꝝ reuelatio, et alia talia: et si accidens posset esse pncipiũ talium operationum et similiuꝫ: tunc potest teneri omnem formaꝫ cuiuscũqꝫ rei naturalis esse accidens: quoniã nulla via est nisi operatio ad ostendendũ formã compositi nullã esse subãm et nõ accidẽs: et ego credo q nullus nisi stultus ad hermetis mentẽ hec somniaret. Si aũt dicat͛ tale pncipium esse substãtiã (vt est necessariũ dici) Tunc petemus cũ nõ possit esse mã: nec cõpositũ: sed forma: qualis forma: vel eterna vel generabilis: inter eternuꝫ et generabile non dederunt philosophi mediũ: si generabilis: tunc ad hec sequunt͛ fere infinita impossibilia: et hoc pmo: cum talis forma sit anima: ex quo est pncipium vite: erit hec aia: vel rationalis: vel sensitiua: vel vegetatiua: phi enim nõ dederũt alias species animarũ: nisi quis dederit aliã phantastice: et si quidem aia talis erit vegetatiua: erit statua in genere plãtaruꝫ: et si sensitiua erit in genere brutorum: et si rõnalis: erit homo: et valde risibile erit totum hoc dicere. ¶ Amplius si hec forma erit generabilis: erit deducta de potentia materie: omnis enim forma generabilis (vt dicũt phi) est educta de potẽtia materie. ¶ Adhuc si generabilis. ergo recepta in mã mediantibus dispõnibus qualitatiuis et quãtitatiuis. ¶ Rursum si generabilis: erit inducta vel ex semine: vel per putrefactionẽ: iterum si generabilis augmentabilis

fabilis ꝛ diminuibilis:ꝛ tot potest enumerare incōmoda quot vis:ꝛ si dekꝭ φ sit forma eterna:tūc erit demon:cū nō sit intelligentia celestis:nec deus:ꝛ singas si potes:hec igiẗ sunt que mihi videnẗ dicēda ad improbationē positionis hermetis:que alias perscrutati sumus alibi. Quō quidez igitur hermetis positio refellaẗ perspicuum modo est.

℄ Capit 14ᵐ:in quo narraẗ positio Alexā. aphrodisiq.

Legimus his diebus librū Alex. peripatetici quē de magicis scripsit: vbi reperimus modū satis ꝑ peripateticis cōuenientē ad hec:ꝛ reducaz eū ad formam:accipiēdū ergo ꝑmō in tota sphera actiuoꝝ ꝛ passiuorū esse celorū virtutē in rebus diffusaz:vbi cōtinenẗ oīa opera possibilia fieri a rebus nālibꝰ:est.n.hec virtus potētia oīa opera nālia:vñ quēadmodū in sensitiuo cōtineẗ vegetatiuū:ꝛ in intellectiuo sensitiuū:nō qdē actu:sed potentia ꝛ virtute:sic in virtute celestiū his diffusa cōtinenẗ operationes elementoꝝ mixtoꝝ:ꝛ ōium aĩalium:ꝛ virtus illa:sicut ars:ꝛ eiꝰ scdꝭ:sicut artifices. ℄ Scdo accipit aliqd posse fieri ꝯcursu reꝝ nāliū qđ non pōt fieri ab vna tm̄ re nāli:qđ ēt accipit in lib. suo de aīa:aliqđ enim potest fieri a duobus elītis:qđ forte nō pōt fieri ab vno eliato:ꝛ aliqđ a tribus qđ nō a duobꝰ:ꝛ sic ꝯſr aliqđ pōt fieri cōcursu oium rerū:qđ nō pōt fieri cōcursu duaꝝ vel triū reꝝ. ℄ Tertio accipiendū multa opa silia vnū fiunt a rebus nālibus seorsum acceptis:ꝛ hoc declaraẗ ꝑ ea que dicit Arist. in lib. quē scripsit de mirabilibꝰ auditionibus:vbi ostēdit in qbusdā lapidibus esse virtutes tales ꝛ tātas:aliqui.n. lapides virtutez hñt talē:vt q eos portauerit nō iniustificabiẗ a feris:vt lapis ille medain nuncupatusq reperiẗ in tygride:vt Arist. dicit. Silr fert ibidē herbā que charisia nūcupaẗ inueniri in monte bygero:quā si mulier portauerit trahet hoies ad carū amorē:ait ibidē capras in crete(postq̄ sagittanẗ)recipere ditbamū:que ibi nasciẗ ꝛ ꝯfestiz eijciūt sagittas:ꝛ alia multa fere infinita narrat q̄ supfluit dicere. ℄ Ex his apparet in rebus seorsuz inueniri virtutes mirabiles:ꝛ si tātū pōt vna res nālis sola q̄tū ergo poterit cōgregatio multarū rerū nāliuz:his igiẗ tribus suppositionibꝰ acceptis fm Alex. sniam pōt inueniri modus quo saluenẗ opa magorū siue demonibꝰ:cōm itaqz φ cū aliqua res sensilis:vel multe res sensiles:habētes vtutes certas ac determinatas:ꝯgregant in quadā vna forma atqz ptāte:seruatis horis celestibus ꝛ aspectibus ꝛ alijs ex pte celestiū motuū:ꝛ seruatis ēt alijs ex pte locoꝝ ꝯdictionū ꝛ circūstantiaꝝ a magicis dictis:tunc virtus corpoꝝ celestiū in rebꝰ oibus disseminata actuaẗ:ꝛ quasi reduciẗ de poꝰ ad actū:ꝛ operaẗ fm meritū māe:quā magus ꝑparauit:opera ergo magoꝝ nō sunt imediate a demonibꝰ:sed imediate a virtute celestiū corporū:tanq̄ a cā per se ab ipsis rebus nālibus ordinatis ad vnū meritū:tanq̄ ab organis:ab ipso mago:tanq̄ a cā remouente ꝓhibens:huius aũt signū dedit Alex. qm̄ magi certū stellarū sitū cōsiderāt:adhibenẗ ēt quedā herbaꝝ ꝛ aliaꝝ corporaliū rerū auxilia:quasi ad ꝑparandā inferiorē māꝫ ꝑ susceptione virtutis celestis:quēadmodū ergo radius solis latus sup semine plante actuaẗ:ꝛ facit plantā:ꝛ supra carnem vacce putrefactā facit vespam:ꝛ latus supra alia:atqz alia mā:alr atqz alr disposita:facit aliaz:atqz aliā formam. sic virtus celestis:cū sit poꝰ oīa:lata super alia atqz alia mā disposita a magis:facit aliā:atqz aliā opationē:ꝛ vt Alexā. inquit q cōsiderasset quāta sit reꝝ potētia ꝛ celestis vigoꝛ hec ꝛ plura ꝛ maiora opera posse ꝑ magicas artes fieri nō ambigeret:sed qm̄ occultus est modus:quo virtus illa possit actuari vel(vt rectius loquar)cōtrahi a rebꝰ nālibꝰ:ꝛ occulta potētia reꝝ:ꝛ mensura cōgregationis earum ēt latens hinc nos latet opera talia posse fieri per hec sic ordinata: mihi autē inquit multo latentius erit:quō a virtute separata eterna(qualis est potentia demonica)possit effici opus huiꝰ:ꝛ maxime cū sit quasi ꝑncipiū apud sapientes:nullū nouū posse effluere ab antiquo eterno ꝛ separato. Quo mō qdē igiẗ saluanẗ opa magoꝝ apud Alex. perspicuum.

℄ Capit 15ᵐ:in quo narraẗ defensio:ꝛ qđ Alexā.

Accidit autē Alexā. questio magna,quid sit. vz. virtus hec celestis i sphera actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ diffusa que est potētia oēs res:vel substātia:vel accidens:quēadmodum aduersus mercuriū insteimus ad quā qōnem nō vidimus Alexā. rñdere:pōt aũt forte responsio ꝑ Alex. colligi cōsequēter ex dictis ab eo:ꝛ dicerē ꝑmo talē virtutē nō esse accñs:vt per argumēta aduersus Mercuriū dedimus. erit ergo substātia:ꝛ cū diuersas sortiaẗ operationes vendicabit euā sibi diuersa noīa ꝛ rōnes,in qbusdaz enim sortietur rōnem ꝛ nomen nature:vt si per ipsa operantur opera nālia:in quibusdā rōnē ꝛ nomen aie sensitiue:vt si ꝑ ipsa operabunẗ magi opera cōuenientia sensitiue partis:in qbusdam quoqz sortieẗ nomen ꝛ rōnem intellectus:vt si exercebit opera intellectus:ꝛ hanc Alexā. in lib. suo de aīa dicit esse intellectū agentē:quem Auicē. colcodeam nuncupat:ꝛ The. mūdi aiaz in pluribus locis:quā Alex. rhodius in libro quē fecit Antobolo filio de opinione Platonis de anima:reducit ad intellectū:quē ponit Aristo. videẗ enim hec positio cōsona rōni:qm̄ pluralitas est vitanda quantū est pole:ad qđ enīz multiplicare tot demones:ꝛ tot formas:cū sit pole ꝑ vnā formā numero:hec ꝛ plures perfici.

℄ Capit 16ᵐ:in quo narrantur questiones cōtra Alexan. ꝛ qualiter nō possunt solui.

Ea autem que cōtra Alexā. qōnē faciūt sūt:ꝑmū est quomodo ab hac forma imutabili possit nouū imediate effici:vt cōtra alios ducit ipse. ℄ Scdo quō hec virtꝰ cōtinuari potest statuis:imaginibus:formis:ꝛ alijs rebꝰ naturalibus:ꝛ a magis dispositis ad ꝑdicta opa. ℄ Tertio quō tot diuersi demoniaci possunt per hanc tot diuersa facere. ℄ Quarto an tali intellectui accidit nouū:ꝛ quō est variabilis:ꝛ an sciat futura:sicut preterita vel presentia ꝛ an de nouo discat:ꝛ qs est modus doctrine eius:ꝛ quō mouet imaginez nostrā ad scientiā:quā ex sensibꝰ nō discimus:nec ex memoria recipimus. ℄ Rursuz quō mouere pōt linguā materialē ad actum locutionis:ꝛ proferre sermonem cōuenientē nobis ꝛ alijs. Adhuc quomodo pōt occulta reuelare:ꝛ secreta manifestare:quomō deniqz nobis documenta prebeat ꝛ alia multa de nouo faciat:nisi dicas talem formā variari fm accidentia:vt dicit Auicē. ꝛ facere hec inquātū est media natura inter nos:ꝛ corpora celestia:ꝛ tunc multo plura acciderent īpossibilia:que tu si vis enumera:qđ si tu aut alius vir moduz habet saluandi hec:nolo amplius disputare:sed consentire Alexan. ꝛ alijs peripateticis:qui demones negāt. Ego autē longo tempore cōsideraui:ꝛ nec possum:nec potui inuenire alios modos cōuenientes in defensione peripateticorum:nisi hos duos:quorum primus fuit Mercurij:scdꝭ autem est Alexan. vt mihi videẗ:nisi forte ꝑcrudendo dices magoꝝ opera esse verba:sed neqz facta:neqz verificata:ab aliquo viro literato qui rerum principia ꝛ naturas considerat:ꝛ si hec dicas: non poteris negare,que sacri viri asserūt de operibus demonū. Nos enim supponimus opera Magoꝝ esse saltez probabilia:opera ꝯo demonuz:que asserunt sacri viri esse verissima:quare hac hipothesi concessa:demonstratio saltem erit hipothetica.

¶ Augustini Nyphi de dęmonib⁹. Liber. III.

¶ Caput p^m. in quo accipitur per communem consensum dęmones esse.

MErcurius (vt mihi vi) in pimandro de potestate ꝛ sapia dei li^o apertissimis verbis dęmones eē testaṫ: ꝛ hoc nō semel aut bis: sꝫ pluries. ¶ Ampli⁹ vir magne auctoritatis apō vetustos Hesiodus describens finem dęmonem ita tradit: hi quidem dęmones sunt Jouis magni: ꝓpter voluptatem boni terrestris: custodes mortaliū hoiuꝫ: ꝛ reliq̄. Orpheus etiā scripsit eundē ꝛ amorē ꝛ magnū dęmonē: qō quodam hymno tangit: merito igiṫ doctrinę magnū dęmonē appellat amorē. Socrates ēt finxit circa se assiduū dęmonē loqui in re publica dęmonē alterū esse ab aīa ostendit. Plato etiā in Symposio nāꝫ dęmonis dedit declarauitq̄ꝫ dęmones tenere mediū iter aīas ꝛ hoīes ꝛ deos. ¶ Adhuc Plotinus in libro de ꝓprio cuiusq̄ꝫ dęmones multos tradit: ꝛ per rōnes: ꝛ per verba: ꝛ experientias: in q̄bus perspicuūꝫ est dęmones esse: ꝛ quales: ꝛ quid ꝛ ꝓpter q̄d sint Xenocrates Platonis discipulus in lib. de morte planissima auctoritate testaṫ dęmones esse qualiꝭ ꝛ ꝓpter q̄d: ꝛ tu lege euꝫ. Ad hęc faciunt oēs Platonici vt Jamblicus: Porphyrius: Psellus: Calcidius Apuleius: relinquo testimonia vatum: oēs. n. vates dęmones eē testanṫ. relinquo testimonia theologoꝝ: ꝛ veteꝝ nostroꝝ: relinquo indos: chaldeos: ęgyptios. Ad hęc p̄terea facit fama: est. n. vt calcidius dicit in timęo: quasi per totā gręciā hoc diuulgatū: nō pōt aūt cōsensuꝫ ab oībus: ac diuulgatū: esse in toto falsuꝫ. ¶ Ad hęc faciunt hystorię: ꝛ hęc magi: ꝛ pro his magnus peripatetic⁹ Theophrastus quē Porphy. sibi testē iducit aperte sentit dęmones esse: ꝛ inter Arabes Auic. vir magnus in. 10. suę sapientię: videṫ ꝛ cū his Auerro. q̄q̄ꝫ cōsentire in lib. de somno: ꝛ in lib. d. d. disputatione tertia: lꝫ non asserat valde firmē: cōtradicit. n. p̄ncipijs eius. Algazel Auic. collega manifeste eos cōcedit in sua meta. ꝛ in lib. de aīa: inter peripateticos etiā Ammonius / Phyloponus / Simplici⁹: ꝛ alij plurimi dęmones esse dant: ꝙ igitur dęmones sint per cōmunem oium consensum sumptum sit in tantum.

¶ Caput 2^m: in quo enumerantur q̄ōnes circa dęmones.

CUm habitum sit iāꝫ testimonio cōmuni: iāꝫ per rōnes aduersus peripateticos dęmones esse: ꝛ hoc sit acceptū tanq̄ꝫ cōmunis cōsensus oium sapiētum: reliquū est expetere de his quę antiquitus sunt dubitata: quoꝝ p^m est: an sit corpus: vel in corpore virtu⁹: ꝛ si corpus: quale corpus: ꝛ si tale corpus: cuius figurę: ꝛ q̄ītatis: 2^m est: vtrū sint decem vel quatuor: vel quot: ꝛ si plures sint: qualis eoꝝ ordo inter se: tertiū erit de eoruꝫ loco: vtrū vnū aut plura: ꝛ vbi sint: quartuꝫ erit de eoꝝ fine an sint meliores ꝛ pręstabiliores hoībus: an peiores: ꝛ an habeant aliquā operationē ꝓpriā: ꝛ quę sit illa: q̄ūo Ꝥo inter se loquantur: ꝛ q̄ūo cōgregenṫ ad vnuꝫ ꝛ qualiter vnus alteri obediat: relinquo theologis. Amplius an agnoscant futura contingentia: ꝛ q̄ūo erit valde perscrutabile: declarabiṫ pręterea: an mali an boni: ꝛ q̄ūo possint induci a magis: ꝛ quę sint cerimonię magoꝝ: hęc ꝛ multa alia suo loco dicentur: in q̄bus ea dicam: quę pōt asserere rō naturalis: saltem hipothetica: quę enim theologi dicūt verissima sūt. Ego. n. tanq̄ꝫ phs hęc disputo. Ex q̄bus solutis patebit an sint: q̄d sint: quales sint: ꝛ ꝓpter quid sint.

¶ Caput 3^m: in quo narraṫ positio platonicorum circa primam quęstionem.

DIsputauerunt Platonici ꝛ venerādi patres nostri: vtrū dęmones sint substātię corporeę cōpositę ex mā ꝛ forma: sunt enī: vt Apuleius inq̄t genere aīalia: ingenio rōnalia: ꝛ alia quę post dicemus: in hoc ꝯueniunt Calcidius / Porphyrius / Proculus / Jamblicus / Plotinus: ꝛ vt vno verbo perstringaꝫ oēs Platonici eos dicunt aīalia corporea: ꝛ ingenio rōnabilia: acceperunt aūt hoc ex cōmuni oium opiōe: q̄ꝛ patiunṫ: ꝛ ab igne corporeo: ꝛ animo passiua sunt: quęcūq̄ꝫ. n. patiunṫ ab igne corporeo ꝛ animo passiua sūt: corporea sunt: nec in aliquo hoꝝ ꝓpositionū habēt ambiguitatem. ¶ Amplius siunt ꝙ dęmones cū corporibus pręsentes apparuerunt: ꝛ nihil apparet: nisi vt est. Adhuc Basilius arguit: angeli corpora habēt celestia. ergo ꝛ dęmones. Sunt enim naturę inferiores. ergo inferiora corpora habere debēt. ¶ Rursum ois forma: cuius operatio est cū corpore: est in corpore: sed dęmon est forma: cuius operationes plurimę sunt in corpore: vt venerandi patres: ꝛ omnes magi fingunt. ergo dęmones erunt in corpore. Jtem ea quę sunt finaliꝭ ad opera rerum habentiū corpora: sunt corpora: medium enim in finē est corporalius fine: sed dęmones sunt ꝓpter nos. vt dicūt magi ꝛ Patres ꝛ Platonici. ergo dęmones sunt corpora. ¶ Ex his ꝛ alijs multis collegerunt gręci omnes vt Platonici ꝛ theologi dęmones esse corporea: ꝛ esse cōposita ex corpore ꝛ anima rationali alterius rationis ab anima hominis: ꝛ excellentiori forma.

¶ Caput 4^m: in quo colligitur id quod pertingit ratio naturalis.

STante hypothesi a principio inducta ꝙ scilꝫ dęmon nobis pateat ex operatione eius nobis sensibili: vt motus localis: locuela: ꝛ alię operationes partim sine materia partim cum materia: ꝛ accepta alia hypothesi ꝓbabili ab omnibus philosophis. vꝫ ꝙ si aliquod operuꝫ est in materia cōtingit ꝛ formā: quę est p̄ncipiū illius operationis esse in materia. ¶ Amplius addita tertia. vꝫ ꝙ in substantijs ęternis esse ꝛ posse esse nō differunt: nec in eis est variatio de materia in materiā: nec trāsmutatio aliqua corruptiua: vt oēs Peripatetici ac Platonici pariter sentiunt. Adhuc procul dubio cōsequenter dicemus dęmones habere corpus: ꝛ hęc dat ratio naturalis: nō quidē absoluta: sed hipothetica: videlꝫ positis his tribus: ex eo enim q̄a nobis patent eorum opera: scimus eos habere formas: ꝛ q̄ apparent operationes animales scimus eos habere aīas. ¶ Amplius ex eo q̄a scimus eos habere opationes communicantes cum corporibus: scimus eos habere nō tantū animas: sed corpus. Adhuc ex eo q̄ sunt ęterni habemus eos: non relinquere mō corpora: modo resumere corpora: sed habere corpora perpetua: atq̄ꝫ imutabilia: quemadmodū: ꝛ eoruꝫ substantię: hęc (vt mihi videtur) dat methodus naturalis: non quidē absolute: sed ex hipothesi propterea bene dicit Apuleius dęmones sunt genere animalia: ingenio rationabilia: tempore ęterna: non enim sumunt ꝛ relinquunt corpora: quod enim corpus sumpserunt semel amplius non relinquunt.

¶ Caput

¶ Caput 5m: in quo inducuntur obiecta aduersus hec.

Obiciunt aūt contra hos peripatetici: et theologi nostri latini: primo omne compositum ex materia et forma: vel ex anima et corpore est nouū: vt docuit Auer. in 12. prime philosophie cōmento. 39. Sed demones nō sunt noui: nō ergo ex anima et corpore componuntur. Adhuc vel tale corpus est simplex elementū: vel mistum: vt arguit Aristo. in. 3. lib. de anima. Si simplex elementū: ergo generabile: omne enī elementum vel habens elementum est generabile: et confirmant qr si aliqua pars elementi habet aiam: ergo totum: est enī totum elementū: et pars eius vnius rōnis: et per consequēs si aliqua pars est animata: et totum erit aiatum et qd nō sit mistum relinquitur perspicuū. ¶ Rursum forme eterne debetur corpus eternum: vt oēs sapientes peripatetici dederunt: sed demones sūt forme eterne: ergo habēt corpus eternū: sed declaratū est in prima philosophia: et in 8. physice auscultationis solum celum esse eternū: ergo demones haberēt celeste corpus. Itē corpora hec sunt passiua vel impassibilia. Siquidem passiua erunt generabilia et corruptibilia. Si aūt impassibilia erūt magis eterna celis: preterea si sunt aialia rōnabilia: ergo sensitiua: hoc est falsum: vt declarat Arist. in lib. de aia. primus enī sensuū est tactus: ergo si ibi esset tactus erit mistio et sequunt infinita inconuenientia: et maxie qd tunc nutrirent et aliaqz relinquo: multa alia inducunt: proculdubio q̄ possunt per hec solui.

¶ Caput 6m: in quo defenditur positio predicta.

Quemadmodum diximus rō naturalis dat demones corporeos esse: sed nō apparet ex methodo naturali quale corpus habeāt: si enī apparet nobis eorum operatio esse eterna: sicut operatio celestis corporis: proculdubio et corpora talium essent eterna: quō sunt corpora celestia. Ex alia nō apparet eorum corpora esse corruptibilia: qr scimus eorum animas eē eternas: et vt diximus aia eterna non copulatur nisi corpori eterno: videtur igitur mihi: sine preiudicio: primo aspectu demones habere corpora vt diximus: eo qr operationes eorum sensibus magorum subiacent: que expleri nō possunt: nisi per corporis adminiculū. Apparet scdo tale eorum corpus nō esse nature celestis: qr moueretur motu circulari: et sic essent corpora celestia: oportz ergo vel fingere aliud corpus: qd nec est terra: nec aqua: nec ignis: nec aer: vel aliqd horum eis attribuere: vel mistum ex eis. Psellus Platonicus videns hec dixit eorum corpora esse mista: verū a dominio esse aerea: quēadmodū enī gressile animal hz corpus terrenū a dominio: et ideo in terra habitat: et corpus aquatilis aialis aqueum hz: et ideo in aqua degit: sic demon corpus hz mistū: sz a dominio sic aer: et ideo in aere habitat: adducit quēadmodū gressile aial cibis nutritur terrenis: et pisces aquei nutriunt aqueis cibis: sic demones nutriunt aereis cibis: et multa alia verisibilia narrat: que forte esse possunt vera: sz ad ea nō producit ratio naturalis: qz oē enī nutribile est resolubile: et omne resolubile est corruptibile: et cū hec et alia cōsideraximus: tandē visum est nobis dicere aliter qd demones habēt corpora simplicia penitus: et oīno carentia mistione: et qr remotū est fingere qntū elementū: (debemus enī euitare inopinabile quātum est possibile) dicerem corpus demonicum cōponi ex elemento aereo et igneo: vbi debes scire qd semper posterius claudit primū et qr terra et aqua sunt quasi equalia et postrema: omne aial aqueum est ex quatuor elemētis: similiter et omne aial terreū: ex quatuor elemētis: qr sunt postrema elementa: et qr aer ē prior terra: et aqua et posterior igne puro: ideo corpus aialis aerei cōponi debet ex duobus tm̄. s. aere a dominio: et igne a subdominio: et hinc pz eos nō nutriri: eo qr hec elementa purissima nō egent exteriori alteratione: q̄ per ambos sit: melius tamē intelligit nā talium corporum.

Respondēdo ad argumenta. ¶ Ad primum ergo Platonici fingunt corpora demoniaca sortiri perpetuitatē ex voluptate dei: vt dicit Timeus: sunt enim dii et demones naturis eorum solubiles: voluptate aūt dei eterni et insolubiles: et hec respōsio est Calcidii in Timeo: melius aūt dicerē corpora diuersari per aias: et qr anime demonū sunt scdm oēm modum eterne: ideo egent perpetuis corporibus: et qr corpora aialium terrenorum aquaticorum sunt aliarum nō egentium talibus corporibus: ideo nō sunt corpora taliū eterna: vel forte sortiti sunt demones perpetuitatem eorum corporum a simplicitate cōpositionis: sunt enī corpora demonū pura et simplicissima: modo elementa pura corrumpi nō possunt: nec alterari: vt dicunt peripatetici: et si dicas habent contrarium ab extrinseco: ergo corruptibilia: vt docet Auer. primo de celo: dicerē p̄sequenter ad dicta: hec corpora esse corruptibilia ab extrinseco: nō tn̄ aliquādo fore corrūpenda: primo propter dei voluptatem: scdo propter mistionis simplicitatē: tertio propter p̄seruationem corruptionis eorum: ab eorum aiabus: propterea pati possunt nō tn̄ corrūpi propter eorum animas: natura talis: vt possunt p̄seruare eorum corpora: hoc modo hec qdem peripateticis videntur esse delirementa ac lusiones: Platonicis aūt sunt principia et cōmunes animi conceptiones: tantā eniz vim habet consuetudo: vt interdum venenū faciat esse cibum: sicut namqz diu in doctrinis peripateticorum hec esse: risibilia enarrabitur: aūt in doctrina Platonicorum nutritum est: hec recipit manifeste: 2m etiā resoluitur: est eniz corpus demonicū simplex cōparatione ad crassa corpora: est aūt aliquo pacto mistū saltez ex duobus disparibus elemētis: cōparatione ad qdlibet illorum seorsum et ad celum: ideo nō valet: si vna pars elemēti puri est animata: ergo totū: qr nulla pars elementi puri est simpliciter animata: sed semper in animatione talium est ad minus mistio duorum disparium: dico disparium: qr alterum elementorum: vt aer est ibi scdm plus: ignis vero scdm parum: et hinc sumunt Platonici aliqd corpus mistum posse esse eternū: nō quidem sua nā: sed sortiri eternitatem a forma illius: qd ēt Auicen. philosophus dicit. hinc preterea soluitur tertiū argumētum: qr corpus demonicū proculdubio est eternū: non suapte nā quō corpus celeste: sed sortitur eternitatem ab forma p̄seruante ipsum a corruptione: solum ergo celum est eternum sua natura: vt dicūt philosophi: multa tamē alia sunt eterna ab extrinseco: sed obicies et subdit: cur anima rōnalis humana nō habuit corpus eternum: et huic facilis est solutio: qr talis aia cum sit potētia vegetabilis et sensibilis sortita est corpus crassum / et mistū / et caducum: cum aūt anima demonica sit nā intellectus: participatione aūt imaginatiua: et quasi participans nās anime humane potētia: ideo sortita est corpus simplex: vt diximus: et id vt Calcidius / Apuleius: et alii Platonici dixerunt: demones sunt media aialia inter crassa corpora: et purissima celestia: habentia cōmune cum superis imortalitate: mecum inferis passionem: patiunt namqz fere: vt nos: interdum quidem animi placamētum: interdum aūt animi incitamētum: vt in ira incitent: et in misericordia flectant: et donis imutentur: et precibus leniant: et contumeliis exasperent et honoribus mulceant: aliisqz omnibus ad similē nobis modum varient: cum enim sensus sequat mistionē: vt dicunt peripatetici: qbus parum mistionis aderit: eis parum sensus: et quoniā demonibus parua adest mistio: iō paruus sensus erit autē sensus demonicus talis atqz tātus: vt satis supqz sit reddere eos animo passibiles: nobiscum cōmunes: et per hec tollitur vltimū: nō eniz proprie erit sensus tactus: qr tactus sensus est alimenti: cuiusmodi nō est sensus demo-

nicus:sed similis tactui inquātum est ꝓncipium affectus ⁊ passionis:demones ergo in tribus nobiscum sunt ydem: animalitate quidem inquātum ipsi ⁊ nos sumus genere animalia.rationalitate ꝟo:inquātū nos ⁊ ipsi ingenio sumus rationales:affectus deniq;:quoniā nos ⁊ ipsi animo passiui sumus . in duobus ꝟo differunt : corporeitate quidem: quoniā demones corpora sunt aerea : tēpore vero:quoniā tempore eterna:nos autē corpore sumus crassi ⁊ misti:tempore etiam solubiles ac finiti:quo quidem tamē pacto differant corporibus celestibus satis ꝑz:erunt ergo demones (vt vno verbo perstringam)genere animalia:ingenio rationabilia:animo passiua:corpore aerea:tempore eterna:h̄ sunt ad q̄ ratio nālis nō impedita a superflua ꝯsuetudine: ab amore opinionū:⁊ ab alijs impedimentis ꝑducit.

Caput 7m:in quo adijciuntur quedam ad expositionum predictorum.

Est autem ad dicta addēdum ꝑmo ꝙ demon cum sit animal habebit de potētijs animę gradus quosdam nō tamē omnes:habent quidē enim intellectiuū gradum in quo cum dijs ⁊ hominib⁹ cōmunicant:⁊ ꝓpter hoc cōprehendunt vniuersalia:⁊ intelligibilia omnia:tanto quidē perfectius hominibus quāto sunt perfectiores hominibus:tanto vero deterius dijs:quāto deteriores sunt illis:habent p̄terea gradum sensitiuū:non quidem crassum quēadmodū nos:sed eo spiritualiorē:quēadmodū corpus eorum purius est nostro:⁊ quoniā gradus sensitiuus exigit appetitum ⁊ motum:ideo appetunt ⁊ mouentur:⁊ per ꝯsequens habēt duos alios gradus:⁊ q̄r non possunt se mouere motibus nouis:nisi p̄concipiāt situs: ⁊ discernāt loca particularia ⁊ vniuersalia:habebūt de sensibus interioribus imaginatiuā:⁊ hęc satis erit:nec Auicē. negat hanc in corporibus celestibus:quāto magis in talibus non est neganda:gradus autē sensitiuus nō est in eis per organa diffusus:sicut in animalibus terreis:sed vnica potentia totū:quę enim sunt dispersa in inferioribus naturis erunt vnita in superioribus:habebunt ergo vnam potentiam quę simul est tactus visus ⁊ alij:nō quidē crassis sicut nostri:sed puri ꝓpter perfectionē eorū:⁊ propterea p̄sciunt aliquādo futura ⁊ cognoscunt particularia : ⁊ indiuidua tēporalia:⁊ ea quę sensibus subiacent:carent autē gradu vegetatiuo:quoniā nō egent nutritione cum sint tēpore eterni:nec per ꝯsequens egent organis nutrimēti : vt sunt os ⁊ radices:vel aliqd̄ his ꝓportionabile ⁊ sic de potentijs ⁊ gradibus animę habebunt fere quatuor : intellectiuū.i.sensitiuum/appetitiuum/motiuū ꝺm locum : ⁊ de sensibus non habent eos distinctos:sed sunt vnius potentię fundamenta:nec tibi o peripatetice videatur remotū h̄:quoniā maior pars horum ratione naturali:scio tamē te esse impeditum ex cōsuetudine:quā tenes in fundamentis peripateticoꝝ:sed procul dubio ꝓpter cōsuetudinē nō debemus negare ea quę ꝑducit methodus naturalis.

Caput 8m:in quo inducuntur difficultates contra hęc ad maiorem declarationem.

Ad dicta occurrunt multę questiones: ⁊ prima quidem erit . Si demones corporei sunt:quomodo possunt clausis ianuis cameras ingredi : vt ferunt magi. Amplius qualis figurę erunt:omne enim corpus limitat sibi certam figuram. Adhuc cur sensib⁹ nostris non apparent semper:sed ad tempus:interdum quidem sic:interdum autē nō. Itē quomodo se transformēt: quomodo adhuc occupēt hominē : atq; nobis se insinuāt: p̄terea quoꝝ coloꝝ:an alter femininus alter mas. Iterū an dent̄ alia genera demonum p̄ter aerea.

Caput 9m:in quo soluitur prima questio.

Referunt magoꝝ quidam demones nō posse intrare per omnem modum ⁊ omnē parietē:sed tantū per poros ⁊ fixuras ⁊ quasdā vacuitates minutas:q̄ quoniā nō apparent multū nobis, videntur quasi intrare ⁊ penetrare:s; hęc an vera sint:nō curam⁹ : id vnū nō obmitto:vt demones posse itrare clausis hostijs:⁊ per loca queuis vbi debes scire ꝙ animal est duplex:quoddā vbi plus est de corpore:⁊ de materia q̄ de spiritu ⁊ anima: vt animalia terrena ⁊ aquatica ⁊ talia:⁊ hęc vocant̄ crassa corpora atq; materialia. Alia sunt aialia in quibus est multum de spiritu atq; paruū de mā ⁊ de corpore:⁊ quēadmodum ꝑma corpora sunt illa ad quę spiritus sequunt̄:adeo vt quasi ꝺm exigentiā corporis spiritus operet̄:sic econuerso : corpora scd̄a sequunt̄ naturā spiritus : ⁊ ob hoc habent quādā spiritualitatē:quā posteriores theologi nuncupant dotem subtilitatis:quā etiā p̄bent corporibus beatis : ꝑ quā talia corpora sequunt̄ qualitatē ⁊ modū spiritus:⁊ sic quēadmodū spiritus transire potest vndecūq;:⁊ qualitercūq;:sic corpus eius.⁊ hoc pacto se habēt corpora angelica ⁊ demonica : ꝺm sniam oium Platonicoꝝ : quare igit̄ possint intrare clausis ianuis:⁊ quō perspicuū ex his est.

Caput 10m:in quo soluitur secunda q̄stio.

Circa scd̄am q̄stionē inter platonicos est quędam differentia:quidam enim nullam dant eis figurā : vt Psellus/Porphyrius/Jamblicus/Proculus/Apuleius/⁊ Calcidius:⁊ habēt rationē:quoniā varijs figuris ⁊ signis magis apparuerunt:⁊ quęcūq; varijs figuris apparēt videntur nō habere determinatā figurā. Alij vt videt̄ sententia Amelij ⁊ Plotini dant eis figurā determinatam:nō tamē essentialem atq; necessariā:omne enim corpus limitat sibi figurā:⁊ maxime animatū corpus:nā vt declarant phi:omne animatū corpus limitat sibi certā figuram:vt declarat Aristo.in 3° de celo:est autē hęc figura eoꝝ sphęrica:nō tamē ita perfecta:sicut angeloꝝ corpora sunt:vt celestia corpora:sed quoniā eoꝝ figura potest variari:ac multis modis nobis apparere:cum enim corpora demonica sint ductu flexuq; facilia:ad omnēq; constitutionē apta:dicēdum corpora eorum variari quēadmodū nubium corpora:nubes enim suscipiunt:nunc hoium : nunc vrsoꝝ:nunc draconum:nunc aliorū figuras:sic ⁊ corpora demonū:sed differunt:quoniā nubes merito continentis: ac agitatione ventoꝝ varias suscipiunt figuras:demones ꝟo propria electione atq; consilio prout ipsi volunt corporum formas in se variant:⁊ modo in breuiorem molē contrahunt̄:modo rursus in longiorē se extendunt. Ex his constat corpora demonū certam ac naturalē figuram limitare:nō tamē per se ⁊ necessario ac essentialiter : quoniam illā variāt ab imperio suę voluntatis:⁊ propter hęc patres venerādi nostri dixerunt demones nō habere corpora:q̄a nō persistunt sub certa figura:⁊ dixerunt eos sumere corpora ad libitū voluntatis:ac propositum suę electionis. Platonici aūt phi ꝺm partem rationis naturalis coguntur dare eis corpora:vt rationes habitę dederūt:nō tamē essentiales figuras.

Caput 11m:in quo soluitur tertia questio.

Est autem facillima solutio ad tertiā questionē:quoniā vt declarant peripatetici elemētum purum sentiri nō potest:⁊ hoc inquit Aristo. in eo lib. quem de sensu ⁊ sensato conscripsit.⁊ Auer.in cōmento libri de anima : ⁊ quoniā demonica corpora sunt ex puritate elementoꝝ maxima:imo ad spiritualitatem conuersa

multos:hinc oculos & reliquos nostros sensus subterfugiunt:& sic nec oculis videri:nec tactu tāgi:nec alijs sensibus sentiri possunt:efficiunt autem nobis:visilia:auditilia:odoratilia:tactilia:& forte gustatilia a cōsilio:& a voluntate eorum libera:visilia quidem:quoniā varios colores atqz apparentias suscipiunt cū enī corpus demonicū aereū sit diversos aeris instar colores subit:sed aer quidem ab extrinseco coloratur:& a lumine:vt Aristote. dicit in libro de anima:est enim lumen color aeris:demonicum vero corpus ab imperio eius volūtatis:ac intima phātasie actione species colorum sumit:inquit enim Aristote. in pdicamentis:animę affectus corpus mutant:cum enim patit timorem pallescit corpus eius:cum autem verecundiam rubescit:& sic in alijs affectibus:eadē ratione:quasi in demonibus dicēdum:nā in his corpora sua colorū species sumunt ab imperio voluntatis:ac intrinseco phātasie affectu:auditilia vero effici possunt:ac alijs sensibus sensilia eo mō ab intrinseco ac electione:& imperio voluntatis:inquātum.s.ab intrinseco formant affectus:quos explicant:si volunt insensibilr & sensibilr & varijs modis: vt iubet.hinc perspicuū quomodo se transforment ac in varias figuras se ostendāt:perspicuū etiā quales habeant colores:& quibus modis nobis videantur:potest rursuz perspicuū esse:an eorū alter mas an femina sit:nō enim sua natura aliquis eorū vel mas vel femina est:cum hęc ex crassa mā sortiantur animalia:vt dicit Aristo.in.10.pmę pħię libro:sed nunc quidē demon femineam pfert formā:nunc vero maris:nunc canis:nunc lupi:nunc corui:nullus tamē sua natura aliquid horum est: hęc quidem sunt quę de demonibus quandoqz sunt sensu perspecta:& procuIdubio magis hęc sunt perspicua pluribus per syllogismum:nobis autem valde parum patēt:ac tantum hipothetice nota.

Caput 12m:in quo declarat penultima qō.

ERunt ad hęc rursus declaranda quędaz quorū pmū est:quomodo possunt nos docere:scdō quomodo occupare possunt nos: omittamus plures modos; quibus nos docere possunt: sed id Pselli explicare volo: quē etiaz Porphyrius tradit:vbi debes scire qꝫ in doctrinationibus actuq; quā discipulus recipit a doctore:phantasia discipuli mouetur a verbis doctoris: in quibus verbis: vt in signo continent conceptus:vt dicit Aristo.qui mouent phātasias nostram & spiritū phantasticū subseruienteȝ intentioni:sunt autem necessaria verba:quoniā eoruz pncipia.s.anima discipuli:& anima doctoris occupata sūt corporibus:qō si aliquis doctor non occuparet corpore:posset conceptus tradere phātasie discipuli absqz sonis & vocibus:& sic facit demon:cum ipse enim sit potius spirit⁹ q̄ corpus:pōt mouere phantasiam ad similes conceptus ad quos doctor mouisset mediantibus vocibus & sonis:qō ergo potest doctor mediātibus vocibus potest demon sine vocib⁹:& huius differētia est ratione corporū : eo qꝛ doctor corpore occupat:demon vero non:imo corpore adiuuatur: hinc verificant quędā magorum exposita qꝫ quidam didicerunt multas artes:quas nec a pceptore:nec ab aliquo didicerant:quidā somniarunt thesauros : qdam viderunt in somnijs ciuitates & loca quę nec in vigilia existimarunt: nec viderunt:qdam futura pretulerant:& alia multa q̄ quidem esse nō possunt:nisi per hunc modū:scdm declaratur facile:quoniā vel demones mouent phātasiam nostram: quēadmodum doctor vocibus & sonis & cōmentationibus mouet discipuli mentē:& sic docēt nos:& nos sic docti multa mirabilia facimus in sciētijs & artibus: & hęc nō vocat occupatio hominis:imo hominis salus & pfectio:alio modo possunt vti organis phātasię nostrę:eo modo quo nauta vtitur naui non mouendo phātasiam:sed mouendo organa subdita phātasię:& hoc modo mulieres occupantur demonibus:& sic visę sūt varijs linguis mulieres loqui:ac varijs sciētijs vti:& pueri miras artes discere vel enarrare: & bruta loq:pueri in fascijs reuelare futura:nō enī ipsa hęc agūt pncipalr sed demon mouens & vtens organis phātasię horum:eo modo quo ars vtitur instrumētis eius:& hęc procuIdubio vocatur occupatio demonica:& per hanc dicuntur mulieres demoniacę:vt cōmuniter videntur:quicquid dicat Aristote.30.particula problematum:cum inquit hęc esse ex humoris melancholici abundātia:quę actu dominatur in talibus:hęc enim nō satis est nec sufficit ad tāta mirabilia quot enarrantur continue.lꝫ ego nōdum viderim:per hanc etiam modum augures dicūt aues & animalia:& alia talia portare nobis auguria:& hanc sententiaȝ non tantū tradunt Theologi sed Astrologi:& omnes Platonici:& adeo hęc diuulgata sunt:vt procuIdubio tanq̄ prima principia habeantur.Quomodo quideȝ igitur demones nos doceant ac nobis insinuent : & quomodo nos occupant:per hęc perspicuum est.

Caput 13m:in quo soluitur vltima quęstio.

PLatonici dicunt quędaȝ quę mihi nō sonant: aiunt enim multas esse demonum species : vt igneos:aereos:terrenos: aquatiles:subterraneos:& lucifugos : & ponunt eorum operationes,& officia,& locos:sed procuIdubio : semper euitanda est superfluitas. Si enim potest mundus gubernari paucis aut minimis : cur tot & tantis gubernari ipsum deceat. Amplius decoratur terra animalibus crassis:aqua piscibus & similibus : non ergo sunt necessarij ad elementorum pulchritudinem:nec ad mundi operationes perficiendas:nec ad alia officia perficienda:quo fit:vt cęlestes dij & aerei demones satis sint ac sufficientes:nec dictat eos esse ratio naturalis : nisi quis ponat eos phantastice : & per puras credulitates . Ex his perspicua sunt quę in principio petebamus : hęc sunt quę Platonicorum sententia dat.

Caput 14m:in quo soluitur quęstio scda principalis de numero demonum.

MVltos porro esse demones etiam Hesiodo placet : ait enim ter esse eorum deceȝ milia:eosqz tam in obsequio dei q̄ in tutela mortalium non certam summam conficiens numeri eorum:sed iuxta vim pleni numeri triū multiplicare deceȝ milia:hunc igitur numerum tradit Hesiodus:nec illius rationeȝ assignat:nisi forte ipse ex reuelatione hęc didicerit.Arist.nāqz numerum intelligentiarū venatus fuit in.12.pmę pħię:ex numero motuū:& operationum sensibilium earum:sed quoniam nobis nō patent omnes operationes demonum,sit vt nec numerus demonuȝ haberi possit:nisi a reuelatione facta ab eis:ergo ad demones esse ducit ratio naturalis:similiter ad multos demones esse:sed ad certum numerum non ducit:nec adhuc videmus alium modum sciendi numerum formarum:nisi ex numero operationum sensibiliū: sed qualis eorum ordo procuIdubio facile habet ex eorū differentia:quoniam vel differunt numero tantū : vt Socrates & Plato:vel specie:vt Socrates & falco : canis:vel aliud tale:siquidem differunt specie erit inter eos ordo essentialis:quēadmodū in cęlestibus angelis : & forte qꝫ hęc pars est vera:in eternis enim omnis differentia est specifica & essentialis:si autem differunt solo numero : erit ibi ordo per accidens:qualis est inter regem & populum:& hunc tradunt Platonici:ponunt enim vnum demoniarchū:quē aliorum principeȝ tradit Mercurius:qui alijs pręcipit &

imperat: sed hec an vera sint perquire: sunt eni potius cō-iecturis accepta: q̄ per rationem naturalem.

Caput 15m: in quo soluitur tertia questio principalis de eorum locis.

Diuulgata sententia Xenocratis in eo libro quē de morte scripsit est demonum habitationes esse diuersas: prout diuerse sunt eorum nature: illi enim quorum nā ignea est: habitant in regione ignis: atque ibi pabulantur & conseruantur: qui vero sunt natura aerei: vagantur in aere: & qui aquatici degunt in aquis: ibi commouent fluctus tempestates: & alia que apparent fieri per aquas: qui vero sunt natura terrei in terra habitant: & hi sūt custodes thesaurorum bonorum terrenorum & talium: & hos fatas nuncupant mulieres nostre: & plurimum apparent in formis serpentum: & multa alia narrantur de his: hi vero quorum natura est effuga: habitant in locis subterraneis: & effugiunt facies hominum: & sunt horribiles: & hi sūt: vt Xenocrates ait: qui animas maleficorum cruciant ac tormentantur: sic igitur eorum habitatio perspicua. Ego autem sectando methodum naturalē: quā supra tradidi: assero demones proprie habitare in aere: per alia tamē elementa euagari per sepe sepius ad obsequia nostra & cōmoda: mouentur enim per regionem aeris: quēadmodum animalia terrea per regionem terre: verum solent etiam vagari per alia elementa: vtrum autem sit: vt dico: vel aliter: nescio: illud tamē asserendum qd̄ ratio prebet nālis: constat autem nullum horum dari per methodum naturalem: sed consequenter ad dicta loquēdo differendum est: vt dixi.

Caput 16m: in quo soluitur quarta questio p̄ncipalis de horum fine.

Semper quidem ambiguū fuit: propter quid demones sint: & in hoc diuerse opiniones inuente sunt: quidam enim dixerunt eos esse: vt animas Tyrānorum ac maleficorum excruciarent: habens autem signum: quoniam intentio eorum solum est cogere ac compellere homines ad perditionē: & per consequēs tantum animarū maleficorum excruciatio erit finis eorum: sed pace horum hec positio nec est theologica: nec naturalis: theologica quidem non: quoniam prius fuerunt demones q̄ hominum lapsus. Similiter apud catholicos prius fuit demonum casus q̄ hominum lapsus: ergo demones non sunt propter hominum excruciatum: an vero hominum animas excruciant: forte erit ita: sed nos disputamus s̄m naturales. Amplius nobilioris essentie erit nobilior finis: sed demon est nobilioris essentie: ergo & finis eius erit prestabilior fine hominis: & licet possint induci plures hereses in tali que stio: dicam illud qd̄ prebet ratio naturalis. Ad cuius euidentiā debes primo scire q̄ operatio cuiuslibet substantie eterne est duplex: quedam prima & finaliter propter se: alia est secunda & finaliter propter nos: & hoc dixerūt peripatetici: non tantū in demonibus: sed in corporibus celestibus: vt Aristote. inquit in libro de celo: & in. 12. prime phie: vnde Auerro. scdo celi cōmentis. 17. & 21. & 12. prime phylosophie cōmento. 36. & alibi scripsit corpora celestia primaria intentione moueri propter se: secundaria vero propter nos: sumus enim & nos omnium quodāmodo fines: vt primo politice tradit Arist. & in scdo phice auscultationis. Amplius scdo debes scire q̄ demon hz duplicē opōnē: alterā quidem sensibilem: non quidem omnibus: sed magicis: & illa est multiplex: vna quidem enim spectat ad gradum rationalis potentie: q̄dam āt ad graduz animalis: vt visū sūt in precedentibus libris: sunt autem tales operationes differentes ab operationibus corporum celestium: operatio enim corporum celestium est continua & sempiterna & vniformis: sed operatio demonum est varia ac multiplex: nec continua: nec simpliciter vniformis: causa autē huius differentie est ex principiis motiuis eorum: que principia quomodo differunt: iam ex libris habitis perspicuum est. Alterā autem operationem habent occultam & primam que quidem sensibus nostris non subiacent: & illa forte est felicitas eis: vt cognitio dei sublimis s̄m vltimum gradum sue facultatis: est enim felicitas demonum tanto prestabilior felicitate hominum: quanto essentia demonis est essentia hominum altior: & quanto intellectus eorum est capacior intellectu humano: tanto eorum felicitas maior est felicitate humana: ratio enim naturalis: que sumit ex sensibus memoriis & experientiis: vt Aristo. inquit scdo posteriorum non dictat aliter: nulla enim substātia perpetua qualis demonica perfectior substantia humana potest esse ignobilioris finis: quoniam vt Aristo. tradit in tertio libro de anima: substantia cuius prima operatio est nobilior: p̄ma operatione alterius: est nobilior substātia alterius: & ecōuerso quo fit q̄ si substantia demonica s̄m rationem naturalem sit prestabilior substantia hominū: erit proculdubio & nobilioris operationis. Amplius ratio nālis non dictat substantiam perpetuam capacem operationis perfectissime remanere perpetuo sine illa: aliter: vt peripatetici tradūt: ociose esset. Adhuc si homo est capax beatitudinis: vt sapientes ponunt: & Auerrois in libro de beatitudine probauit: demonis substantia in superiori gradu ad homines erit capacior eadem beatitudine: & cum in perpetuis non differt esse a posse esse: vt ratio naturalis physica testatur: erit consentaneum rationi naturali demones felices esse s̄m eorum potentiam ac facultatem. Rursum si extrema sunt felicitabilia: vt deus & corpora celestia: & homines: ergo & media: sed demones sūt medii inter homines & corpora celestia: sunt eniz (vt Numenius inquit) dii erratici: ergo sunt felicitabiles: & per consequens actu felices: nullum enim videmus impedimentum quo eorum felicitas tolli potest: q̄ si dicas eos amisisse felicitatē ex casu eorum & lapsu: p̄culdubio credere debemus hoc: quoniam oppositum non habemus demōstratione: nec auctoritate irrefragabili: & cum hoc id omnes prophete testantur: verum id nō dictat ratio naturalis: intelligendo per rationē naturalem: intellectum coniunctū memoriis, sensibus, & experientiis: est autem intentio nostra tantū perscrutari: quid ratio naturalis expostulet: dictat ergo rō naturalis demones habere felicitatem prestabiliorem felicitate hominū: & per ɔsequens finem eorum esse nobiliorem fine humano: & hec quidez felicitas est operatio prima nobis occulta: que quanta sit mensurari nō potest: dictat amplius eos habere secundā operationem sensibilem animalem s. & rationalē: quā ex hipothesi magorum habemus: que operatio est vilior operatione corporum celestium ex toto genere: altior tamē operatione hominis ex parte: & p̄ma quidez operatio est eorum finis primus: scda vero est eorum finis secundus. Qui quidem igitur sit finis demonum: & quāto demones sint perfectiores hominibus: ex his perspicuū.

Caput 17m: in quo soluuntur questiones tres de locutione ordine & obedientia.

Quomodo demones loquantur nobis & inter se amplius quo ordine habeantur inuicem: & quo pacto sibi obedientes sint: fuerunt valde ambigua theologis. de locutione igitur dicam quēadmoduz Psellus inquit in libro de demonibus: & Porphyrius etiā q. s. demon potest loqui dupliciter: vno modo sensibiliter: vt per loquelam audibilem magicis: alio modo insensibiliter: primo

modo loquuntur cum excantantur. eas enim voces formant: quas imperio voluntatis formant: ac eo idiomate quo loquitur magus: quemadmodum enim eam figuram: eosque colores sumit: quos vult: sic eam loquelam format quam vult: loquitur enim quandoque per organa propria corporis: quandoque per organa fascinati vel demoniaci: quemadmodum enim nauta vtitur remis, themone, ⁊ alijs organis nauis: sic demon vtitur lingua ⁊ organis demoniaci ad idioma sibi placitum: nec demon habet linguam propriam: vt hebraicam: vt quidam fingunt: sed loquuntur Grece: aut Latine: aut barbare: vt sibi videtur. Si autem loquitur insensibiliter: vel nobis: vel alteri sui generis: proculdubio sibi conceptus erigit per imperium voluntatis: ⁊ per imperium voluntatis illi relinquit eos intelligere quem expetit: sunt enim in loquela voluntas explicationis intentionis vnius ad alium: est ⁊ sonus quo explicatur: ⁊ est intentio in qua audiens contingit proferentem: quando ergo demon loquitur insensibiliter: loquitur intentionaliter: ⁊ quando loquitur intentionaliter duo seruat, voluntatis imperium ⁊ intentionem: ergo loquitur intentionaliter per imperium voluntatis formando. s. conceptus: quos sinit recipere alium sui generis: vel sue speciei: subtilius autem de hoc dixerunt Theologi: ⁊ nos non possumus dicere de eorum locutione: nisi sensibili: de insensibili autem dicimus coniecturis quibusdam quas habemus per nos metipsos: considera ergo te ipsum ⁊ intelliges qualiter vnus alteri loquitur. De ordine vero videtur mihi quod quemadmodum in corporibus celestibus est ordo qui determinatur per eorum operationes: sic ⁊ in demonibus: ⁊ hoc dictat ratio naturalis: omnis enim multitudo dictat ordinem: ⁊ maxime in perpetuis substantijs: ergo ratio naturalis dictabit quendam demonem esse altioris gradus: quemadmodum leo est altioris perfectionis formica: ⁊ symia altioris operationis quam leo: ⁊ pygmeus quam symia: ⁊ homo ipso pygmeo: sic dictat quendam demonem esse proximum homini: ⁊ infimum eorum: ⁊ quendam remotiorem: ⁊ sic ordine quodam: sed quis primus: ⁊ quis infimus: ⁊ quis medius: ⁊ quot: ⁊ quales: ratio naturalis non prebet: quoniam non sunt operationes eorum omnes sensiles. De obedientia etiam (quicquid dicat Mercurius qui ponit demoniarcham principem cui omnes obediunt) nos hec videre non possumus: sed cum videatur perspicue eorum ordo: dabitur proculdubio quidam proximus infimo angelo celesti: qui princeps dici potest: ⁊ cui obediunt forte inquantum prima intentione omnes intendunt perfectionem vniuersi ad exemplar primi: ⁊ hoc pacto in eis dictat ratio naturalis obedientiam: primus enim eorum qui proximus est infimo angelo celesti: ⁊ summus reliquorum intendit prima intentione vniuersi conseruationem: consequens est etiam vt omnes reliqui id met intendant: ⁊ sic ille erit princeps reliquorum: huius autem signum est: quoniam magi cum excantant eos solent in virtute principis eorum excantare. Hec sint que de locutione, ordine, ⁊ obedientia, ratio expostulat naturalis: non quidem cathegorica: sed hipothetica.

Capitulum 18m: in quo declaratur: quo cognoscant futura.

An demones cognoscant futura est valde ambiguum: ⁊ proculdubio a phylosophis non multum concessum: quod quidem enim aliqua futura precognoscant negare non possumus si fidem dabimus oraculis: que narrat Porphyrius. Amplius multas somniorum interpretationes dederunt quas habere non possunt nisi aliquo modo futura cognoscant. ex alio videmus eos tot falsa predicere: ⁊ respondere per ambigua: ergo simpliciter non habent futurorum cognitionem: ⁊ maxime contingentia: sunt enim incognoscibilia ab intellectu: quia vt Aristoteles tradit in libro de interpretatione: in futuris contingentibus neutra pars est determinate vera: est ergo duplex futurum: vno quidem modo secundum quid: quo modo est id quod mihi est futurum: in se tamen est habitum ⁊ actu: vt aduentus principis in ciuitatem vel aliud tale: aliud est futurum simpliciter: quod. s. actu non continetur in re ⁊ in effectu: sed solum in potentijs causarum: quo modo prelia nondum entia: ⁊ alia talia. Tunc dicerem quod omnia futura: primo modo actu cognoscunt: quoniam licet sint nobis futura: eis sunt actu: cum sint illimitati per totum orbem inferiorem: que curantur. s. Secundo loquimur de futuris. secundo modo dicerem quod ea cognoscunt non quidem simpliciter: sed quomodo cognitionem futurorum tradunt artes prognostice: demon enim cum omnes scientias habeat practicas ⁊ speculatiuas prognosticas: ⁊ perfectas: tali modo iudicabit qualiter per artes sciri potest: ⁊ maxime cum ipse habeat artes perfectas: per prognosticam medicine iudicabit futura in egritudine ⁊ sanitate: similiter per prognosticam astronomie: ⁊ per physiognomiam: ⁊ alias omnes artes vaticinantes: quas enumerauit in libro de prestigijs: ergo possunt scire futura vt in pluribus: quo modo artes prebent. prognosticant ergo vt in pluribus: ⁊ errant vt in paucioribus: vtrum autem habeant alium modum precognoscendi futura: theologis relinquo. Quomodo quidem igitur demones precognoscant futura: perspicuum.

Capitulum 19m: in quo de malitia eorum pertractatur.

De bonitate ⁊ malitia demonum fuit apud phylosophos magna questio: quidam enim phylosophorum dixerunt demones omnes esse bonos: nullosque esse malos: cuius opinionis Numenius videtur esse: qui posuit demones esse solum deos erraticos: ⁊ cum in dijs nec malitia: nec peccatum ponitur: erit ⁊ in demonibus bonitas tantum: nec vitium: neque malitia. Alij ex toto genere oppositi: dixerunt demones omnes esse malos quidem ⁊ nullo pacto bonos nisi secundum bonitatem entis: cuius positionis Porphyrius in ea epistola quam scribit ad Anebrionem esse videtur aperte. Tertij vero inter hos medij sunt: ponentes quosdam eorum bonos: quosdam vero malos: boni quidem sunt calodemones: mali vero cacodemones: cuius sententie Calcidius, Plotinus, Lucius Apuleius, Psellus, Jamblicus, Proculus: ⁊ omnes alij Platonici esse videntur: imo ⁊ ipsemet Porphyrius in libro: quem de responsis phylosophorum conscripsit idem sentire visus est: ⁊ hec est omnium theologorum communis positio: ⁊ asserta sententia: quam Mercurius trismegistus in libro pymandri scribit. Dicentes quidem igitur eos esse malos: vtuntur ratione potissima tali: quoniam exercent operationes prauas: vt adulteria, furta, homicidia, ⁊ alia talia: ⁊ cum hec transeant in vsum prauorum hominum ad imperium quorum subijciuntur: est enim hec potissima ratio talis: et si sint plures alie: que ad hanc reducuntur: dicentes eos esse bonos simpliciter: vtuntur tribus rationibus: prima quidem quoniam cause: nulla enim causa est per se principium mali: ⁊ cum demones sint cause rerum: non ergo principia malorum erunt per se: secunda ex parte effectus: cum enim demones sint per se effectus dei: ⁊ deus immediate nullum per se malum agat: erit consequens demones non esse malos per se: ⁊ maxime cum esse habeant perfectum in eorum genere: ⁊ cum hoc participent esse diuino: ergo non possunt esse simpliciter mali: tertia via est ex parte intellectus: ⁊ voluntatis: intellectus quidem: quoniam cum intellectus sit naturali ordine dispositus nec ab aliquo contrario flexibilis: erit consequens: vt nihil intelligat nisi bonum. similiter ⁊ cum voluntas sequatur intellectum: sicut vmbra corpus: erit consequens vt voluntas nihil expectat nisi bonum.

¶ Ex his tribus dederunt tales demones esse per se et sim
pliciter bonos: vt Numenius sentit: et propterea dixit Ari-
sto. in 9° metha. in substantijs separatis non est vitiũ neqz
peccatum: adducunt Theologi multa argumenta: quibus
probant demones non posse peccare: et quia ad ea respon-
dent omitto. Que quidem igitur de malitia demonum di
cuntur hec sunt.

¶ Caput 20m: in quo narratur positio quorũdam peripate
ticorum et fundamenta eorum.

Theophrastus quem Porphyrius sibi testem inducit,
visus est sentire in demonibus non esse pec-
catum neqz malitiam aliquo pacto: nisi forte.
per accidens huius autem expositio est quo-
niam quẽadmodum corpora celestia sunt per se bona et su-
apte natura prestabilia: attamẽ per accidens figure eorũ:
vt triplicitas aspectus casus et alia que tradunt astronomi
sunt mala: sic demones sunt sua natura boni: inquãtũ vo
a magicis trahuntur ad vsum malorũ et componuntur in
quibusdam virtutibus: efficiunt mali: hoc autẽ est per ac-
cidens: quẽadmodũ corpora celestia. Adhuc quẽadmodũ
virtutes celorũ sunt bone: vt radius motus: et potẽtie occul
te: et tamẽ efficiuntur male ab vtentibus illis: inquãtum. s.
contrahunt eas ad operationes prauas: sic potentie demo
num sunt natura et per se bone: redduntur male ab vsu ma-
gorum. ¶ Amplius herbe et lapides: et alia talia: sunt natu
ra bona: attamẽ praui medici vtuntur eis praue: et inde effi
ciuntur mala: nõ quidem per se: sed ratione vtentium: sic et
demones sunt per se boni: sed ratione vtentium praui effi-
ciuntur per accidens tantũ. ¶ Et quod nõ sint mali per se per-
spicuum est per omnes causas malitie: sunt enim cause ma-
litie atqz peccati sex: vt phylosophi enumerant: prima est
simpliciter ignorantia: vt Aristo. tradit 2° ethy. scda est co-
gnitio rei confusa in vniuersali et nõ distincta et particula-
ris. tertia est quãdo potentia nõ fertur circa propriũ obie-
ctum: vt tradit phylosophus 2° libro de anima. quarta est;
quo actus intellectus componit vel diuidit: vbi accidit er-
ror: quoniã intellectus nõ cognoscit terminos secundum propriã
rationem. quinta est pluralitas bonorũ. quãdo enim intel-
lectus fertur in plura bona: si eligit bonum deterius peccat.
sexta causa est: superabundantia et defectus circa actiones:
vt Aristo. inquit: virtus enim cõsistit in medio: hec enim sũt
cause vitij atqz peccati: quas in libris ethycorum et phie na-
turalis Aristo. inuenimus. Nunc ad propositũ in demoni-
bus prima nõ est: quoniã tanta fuit in eis scientia: quanta
fuit in eis possibilis: quoniam in natura separata nõ differt
esse a posse esse: per idem nec scda causa in eis potuit esse.
quoniã impeditur intellectus a speculatione distincta propter
effectũ ac passionem: quorum nihil fuit in eis: tertia mini-
me: quoniã intellectus demonis per se latus fuit circa pro-
priũ obiectũ et omne itelligibile: ergo deceptio cadere nõ
potest in eo: et per idem nec quarta accidit: quoniã demon:
si cõponit vel diuidit: ex quo cognoscit terminus per pro-
prias rationes: nõ potest falso componere: quinta etiã tol-
litur per hoc: quoniã carent corpore atqz appetitu sensitiuo
dictante contrariũ bonũ: et ideo in eorum intellectu nõ est
nisi vnum bonũ. s. rationis tantũ et intellectus: et econtrario
in nobis sunt duo bona. s. rationis: et bonũ sensile propter ap
petitum sensitiuũ: quo fit vt in nobis sit casus: et nõ in ipsis:
vbi est bonũ rationis tantũ: nec sexta esse potest: quoniam
non possunt assuescere in contrariũ: nec exerceri circa me-
dium: quoniã sunt eterni: et eternũ determinatur ad vnum
modũ agendi. Ex his ergo principijs phie naturalis colli-
gunt Theophrastei in demonibus nõ esse peccata nec vi-
tia per se: et quoniã videmus per eos multa praua fieri: vt

magici asserunt: est consentaneũ eos esse malos: saltẽ per ac-
cidens: quẽadmodum aqua fontis bona est per se: attamen
accidit vt ex potu eius sequatur mors hominis: et sic mala per
accidens vt medici continue vtuntur. Quomodo quidẽ igitur
demones boni: et quõ mali ex his perspicuũ.

¶ Caput 21m: in quo determinatur veritas christiane fidei.

Veritas christiane fidei est demones
quidem nõ esse natura malos:
et forte cũ Theophrasto sentimus: sed malos
voluntate et obstinatione: quẽadmodũ vene-
randi patres nostri tradunt: et licet per rationes
naturalẽ hoc est cõiunctũ sensibus: memorie: et experientia
haberi hec nõ possunt: nõ tamẽ sunt contra rationem nãa-
lem: sed supra rõnem naturalem: motus enim ignis in pro-
pria sphera circularis et eternus nõ est per naturam ignis:
quia tũc ignis esset celum: sed nec cõtra naturam: quoniã esset
violentũ: est ergo nõ naturalis: sed supra nãm eius: et ideo
perpetuus: licet ergo secundum rõnem naturalem veritas fidei habe
ri nõ possit: quoniã destrueretur premiũ: ac meritum: nõ est
contra rõnem naturalem: sed supra naturalẽ: propterea satis
est pro veritate fidei: vt Theologi sustineant possibilia et
reuelata: quod quidem hec sint reuelata patres nostri venerãdi
testantur: vt Joãnes inquit, qui mẽdax est: et pater est mẽda-
cij: dixit etiã demonem ab initio peccasse: similiter et sapiens
testatur: quod inuidia demonis mors introiuit in orbem terra-
rum: et sexcenta talia: quod autẽ eos peccasse sit possibile apud
intellectũ: et nõ repugnãs: declarari potest ex nobis ipsis:
videmus enim seruũ dupliciter posse peccare: vno mõ in-
quãtum voluntas eius etiam circa finem eius nõ ordinatur
ad bonũ domini: vt si quid ageret quod sibi bonũ videtur con
tra voluntatem domini et hoc vocatur peccatum subordinatio-
nis. Alio mõ potest peccare inquãtum bonũ inferioris ap
petitus serui nõ subditur altiori rationi et regule: sic et homo
peccare põt dupliciter: vno modo inquãtum voluntatem
eius nõ ordinat in deũ: et hic modus peccandi cõmunis est
sibi et substãtijs separatis: scdo modo inquãtum bonũ infe-
rioris appetitus non subditur bono rõnis: et hic modus pec-
candi fuit proprius ipsi homini tantũ: ergo in substãtijs se
paratis fuit possibilitas peccati inquãtum nõ ordinarunt
voluntatem eorum in deũ: sed scdo modo nõ: hec dicunt pa-
tres nostri et per rõnem nãlem nõ habetur oppositum: ideo
sunt tenẽda omnia: sed quoniã promisi de his dicere tantũ
secundum phiam naturalem excuso me a digressione: amor enim
dicendi veritatem fecit me digredi a proposito. Que quidem
igitur sit veritas nostre fidei perspicuum.

¶ Caput 22m: in quo enarrantur cerimonie magorum: et sol-
uitur questio vltima.

De cerimonijs et superstitionibus ma-
gorum nunc disserẽ-
dum: sunt autẽ cerimoniarum quedam necessarie
ex parte demonis: quedam ex parte operationis
et effectus qui fit: et quedam ex parte magorum
excantantiũ demones: ex parte demonis quidem sunt sup-
plicatio seu adiuratio: figure: vt circuli quos faciũt ipsi ma
gi: characteres seu littere: sacrificiũ: prostratio: et alie cerimo-
nie quas tradunt magi. Ex parte effectus autẽ est influẽtia
celestis: et virtus rerũ naturaliũ concurrentiũ ad opus ex-
cantationis: ex parte incantantis deniqz sunt fides magi ad
opus magicum: dispositio excepta ex principijs generatio-
nis tam celestibus quam terrestribus: sunt quidem cerimonie
ex parte demonis: quoniã demon est intellectus: vel ratio-
nale animal multo excellentius hoie: ideo antequam ad opus
magici occurrat: requirit supplicationẽ seu adiurationẽ: et
figuram tanquam signũ intellectualis conceptus. et characteres
tanquam litteras explicantes conceptus magici: et prostractio-

nem: vt signū debitę reuerentię: si enim tantis cerimonijs regi loquimur ipsumq; allicimus ad votum: multo pluribus egebimus ad dęmonem capiendū: requiritur etiā influentia cęlestis ex parte effectus & operationis: quia cęlum est causa vniuersalis: & ideo requirit vt influentia eius cōtrahat per causas secūdas: ad certū opus: requiritur etiam tertio dispositio excantatoris: quoniā quēadmodū presbyter auctoritate pontificis habet vt sacrificiū perficiat: sic homo auctoritate corpoꝝ cęlestium: & dispositionū occultarū habet potestatē excantandi atq; dęmonem alliciēdi.

¶ Ex his soluit quęstio vltima: vtrū dęmones de necessitate veniant in operationē magorum: si enim sectemur rationē nālem (quā pollicitus sum) opꝫ dicere omnino eos occurrere operationibus magoꝝ debite administratis: cū enim ipsi saltem scda intentione sint propter nos: & operationes nobis debitas: erit ꝯsentaneū eos venire ad nostra obsequia: quēadmodū corpora cęlestia: sicut ḡ corpa cęlestia dispositionibus inductis per causas scdas necessario veniunt in actiones eaꝝ: vt videmus omni die: sic dęmones cerimonijs omnibus dispositis tam ex parte dęmonis q̄ ex parte excantatoris q̄ ex parte effectus qui fit: omnino occurrent quoniā finis secūdus eoꝝ est iste: quēadmodū finis secūdus corpoꝝ cęlestium est bonū gubernatio: & quēadmodū deficiente dispositione vna vel minima in materia virt⁹ cęli nō occurrit sic deficiente vna cerimonia quātumcūq; minima dęmon nō occurrit. Dęmon ergo nō cogitur: quia inuito nō occurrit magicis operationib⁹: occurrit enim per rōnem naturalē eorum: nec libere & ꝯtingenter occurrunt: quoniā nō possūt nō occurrere: hinc perspicuū: quomodo dęmones subdunt corporibus cęlestibus: nō enim subdunt quo ad eorum intellectum: ac operationem primam: sed bene quo ad operationem ac finem scdm: ꝓpterea quidam sunt mercuriales: vt quoꝝ finis secūdus perficit sub vigore Mercurij: alij Saturnini propter idē de quo alibi diximus: hęc dictant ꝑncipia phię naturalis: christiana tamē religio & veritas dat oppositū: cum enim sint animalia rōnalia libera occurrent cōtingenter ad oē opus magorum: sed in hoc disputant phi & theologi multum & in multis alijs. Ego autē (vt a ꝑncipio proposui) de his tantū recollegi quę dat ratio nālis: per rationē ergo naturalem videt mihi primo haberi eos esse: & eos tales esse quales per hos tres libros diximus: & eos quid esse: & eos propter quid esse: sed theologi multa adduciunt: quę supernaturali lumine acceperūt: quę nunc omittamus. Uerum in ijs oībus illud est testandum: qḋ in omnibus libris testamur: nos esse locutos: vt phos: qui ex memorijs & sensib⁹ loquunt: vt theologi aūt ea sentimus quę romana sentit ecclesia: quęq; in nostris theologicis dilucide explicabimus: nō enīꝫ quę theologi de dęmonibus tradunt: sūt contra rationes naturales: sed supra rōnes nāles.

FINIS.

¶ Hoc opus Augustini Niphi Suessani de intellectu cōsūmatum est Patauij. 1492. Uenetijs autem bis impressum. Semel. 1503. Iterum 2o longe emendatius opera & impensa Heredum quondam domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis: ac Sociorum. 1527. Die. 10. Aprilis.

Registrum.

✠ A B C D E F G H I K L M

Omnes sunt terni: preter ✠ duernus: & L M quaterni.

[illegible]

FINIS.

Hoc opus Augustini Niphi Suessani [illegible] finitum est [illegible] impensis heredum quondam domini Octaviani Scoti [illegible] civis Modoetiensis ac sociorum [illegible]

Registrum.

✠ a b c d e f g h i k l m

Omnes sunt terni preter ✠ duernos. L. XV quaterni.

